

DE ORIGINE ET INCREMENTIS TYPOGRAPHIAE LIPSIENSIS LIBER SINGULARIS

UBI VARIA

DE LITTERARIIS URBIS STUDIIS ET VIRIS DOCTIS, QUI IN EA CLARUERUNT, INSERUNTUR.

ACCEDIT

LIBRORUM SEC. XV. EXCUSORUM

AD MAITTAIRII ANNALES

SUPPLEMENTUM.



LIPSIAE

IN AEDIBUS BERN. CHRISTOPH. BREITKOPFII

ANNO TYPOGRAPHIAE SECULARI III.



MAGNIFICO

ET

AMPLISSIMO

URBIS LIPSIENSIS

SENATUI

LIBELLUM HUNC

D. D. D.

IO. HENRICUS LEICHIUS

LIPSIENSIS.

VIRI

ILLUSTRES, MAGNIFICI,

AMPLISSIMI,

CONSULTISSIMIQUE,

PATRONI

OMNI HONORIS CULTU

PROSEQUENDI!

Libellum de Origine et Incrementis Typographiae Lipsiensis VESTRIS sub auspiciis ac tutela in lucem emittere, vel ipsa argumenti ratio suadere mihi videbatur. Ea fere aetate ars praestan-

ſtantiſſima, cuius ſecularem memoriam hoc anno celebramus, Urbi innotuit, qua, poſt diuturnas ignorantiae tenebras, novum ac ſplendidum litteris lumen oriebatur, et Academia ingenuis rectisque ſtudiis, quibus poſthac maxime eminuit, primum florere incipiebat. Haec autem egregie Maiorum VESTRORUM beneficio promota ſunt, qui cuſtodes ſalutis mentisque publicae, ingenia prolixe et liberaliter foverunt, omnesque adeo, ad bene ſperandum, quaſi ſigno quodam ſublato, excitarunt. Quoties ſane eorum, in ornandis provehendisque litteris, curam hoc libello attigi, ſimul gratulatus ſum noſtrae aetati, quod eundem Ampliſſimi Ordinis animum Muſae adhuc experiantur. Singularis eius ac propenſi, in iuvandam eruditionem, ſtudii inſigne imprimis monumentum exſtat, Bibliotheca inſtructiſſima, ſacrarium bonae menti dicatum, in quo omne, quod

transmitti ad posteritatem meretur, copiose reconditum est. Ita certe egregie consulitur optimorum ingeniorum conatibus, et celebritati Urbis, in qua florere liberales artes, maxime decet. Faxit Deus Opt. Max. ut VESTRA consilia prosperum semper eventum habeant, ut sub Augusti Principis auspiciis, patriae salus, ac dignitas perpetuo conservetur, ut aeterno foedere iunctam videatis felicitatem publicam et honorem litterarum. Scrib. Lipsiae Die IX. Iul. An. MDCCXL.



CON-

CONSPECTUS.

CAP. I.

De origine Typographiae Lipsiensis.

CAP. II.

Libri Philosophici & Poëtici a primis Typographis Lipsiensibus excusi.

CAP. III.

Continuatio eiusdem argumenti, inprimis de libris ad eloquentiae studia pertinentibus.

CAP. IV.

Typographiae Lipsiensis Progressus ad Tempora Reformationis.

CAP. V.

Progressus Typographiae Lipsiensis ad Libros Graecos.

CAP. VI.

Progressus Typographiae Lipsiensis ad Libros Orientales.

Excer-

Excerptum de Viris Illustribus, qui ex Academia Lipsiensi ad ecclesiam aut rempublicam accesserunt.

Annales Typographiae Lipsiensis ab eius Origine ad an. MDXVII.

* * *

Diatribe de libris ligno incisis.

Observatio de libris quibusdam Sec. XV. impressis.

Librorum Sec. XV. excusorum, ad Mich. Maittairii Annales, Supplementum, ex Bibliothecis publicis Lipsiensibus.



ORIGO

ORIGO
ET
INCREMENTA
TYPOGRAPHIAE
LIPSIENSIS.



CAPUT I.

DE ORIGINE TYPOGRAPHIAE LIPSIENSIS.

Typographia circa An. 1480. Lipsiensibus innotescit. Nomina primorum Typographorum Lipsiensium. Litterae Gothicae quo sensu dicantur? Lis inter Franciscanos et Dominicanos apud nos exorta. Capocius et Pignucius, Poëtae Itali, Lipsiae docent. Dantem Aligerium in hac urbe non floruisse, ostenditur. Conradus Celtes Lipsia pulsus. Casp. Barthius emendatur. Matthaeus Lupinus inter Litterarum per Misniam instauratores.



IAM a parvis principiis ad magna progressa, in cultissimis regionibus hospitium suum fixerat TYPOGRAPHIA, Moguntinorum inventum, cum bonis auspiciis, circa ann. MCCCCLXXX. *Lipsiae* tandem innotesceret. Non deerant tum, nec in Academia, nec in monasteriis, viri, qui prela suis lucubrationibus exercerent. [1] Mersburgi

1) Supplem. Maittair. ad an. 1473. et 1479.

burgi, quod mireris, iam ab annis aliquot libri coeperant imprimi, forte, quod cathedralis ecclesia eo artem invitaverat. Apud nos eius origines, ut in plerisque Germaniae urbibus, incertae et obscurae habentur, vel maxime typographorum incuria, quorum nomina vix erui hactenus potuerunt. Sunt,[2] qui *Andream* FRISNERUM, ex Wunsidelia, Variscorum oppido, oriundum, primum urbi nostrae typographicum prelum intulisse, parum verisimiliter coniiciunt. *Andreas* ille, vir, ut tum erant tempora, egregie eruditus, Noribergam, in societatem *Johannis*[3] SENSENSCHMIDII, anno MCCCCLXXIII se contulerat, ita, ut praeesset librorum, qui ex communi officina prodibant, emendationi; primus omnium, qui non menda solum accurate eliminabat, sed corruptam recte scribendi rationem ad veterum grammaticorum placita[4] revocabat. Lipsiam, ubi liberalibus doctrinis iuvenis imbutus, primisque honoribus ornatus fuerat, anno MCCCCLXXIX. reverso,[5] munus theologiae docendae, et triennio post, fasces Academici demandati fuerunt. Neque vero animum inducere possum, ut credam, eum inter negotia, quae his muneribus coniuncta sunt, imprimendis libris vacare potuisse, nec ullus ex iis, omni adhibita industria, hactenus reperiri potuit.

Vetu-

2) S. PALMER in the History of Printing, p. 250.

3) *Ioh. Andr.* ENDTER de Typogr. Noribergens. et inde PALMER p. 203.

4) *Thomae* AQVINATIS Quodlibetis an. 1474. excusis sequentia addidit: *Tametsi haec summa [ipsamet testante] maxima sit atque accuratissima diligentia emendata, nedum in corrigendis distinguendisque sententiis, sed et in supplendis plurimorum exemplorum defectibus, et recte quotandis, quod admodum necessarium fuit, autoritatibus: tamen, ne adhuc, quod ad vocabulorum originem et significationis proprietatem, et ita ad faciliorem profundioremque intellectum faceret, abesset, secuti maiorum nostrorum vestigia, orthographicam rationem, prout fragilitati nostrae concessum erat, observavimus, quemadmodum ipsimet maiores nostri, ut Papirianus, Plinius, Rhemius, Grillus, Caper, Probus, Quintilianus, Varro, Aul. Gellius, Donatus, Servius, Priscianus, Sergius, Herodianus et caeteri nedum summo studio observarunt, verum etiam in libris suis, quos de orthographia magnifice scripserunt, observari praeceperunt.* Eandem, quod in transitu noto, curam eruditissimi mediae aetatis viri ad se pertinere, putarunt. *Rich.* BURY in Monobiblo p. 462. *Quapropter*

Vetustissimus Lipsiae excusorum, de quo constat, est *Iohannis* WIDMANNI libellus de numerorum doctrina, Germanice a *Conrado* KACHELOFENIO, qui postea Freibergae per aliquod tempus artem primus exercuit, anno MCCCCLXXX. editus, cuius indicium fecit vir in his rebus multum versatus, *Paulus*[6] PATER; idemque forte, licet omisso nomine, Iohannem Annium de futuris Christianorum triumphis in Saracenos, sequenti anno ex officina sua evulgavit. Eiusdem aetatis sunt *Marcus* BRAND, et *Mauritius* BRANDISS, qui varia opera, quasi primitias artis, postea egregie in urbe nostra[7] excultae produxerunt; Latina et vernacula eodem charactere, quem Gothicum vulgo appellant, imprimendo, de quo, cum alienum huic loco non sit, quaedam in transcursu addam.

Distortas illas et informes litteras, quae in lapidibus et numis per Hispaniam erutis occurrunt, alii, magna veritatis specie, ab ultima antiquitate et Romanorum dominatu repetere, alii ad Ulphilam et Gothos referre maluerunt. Sed confutata est vulgaris opinio ab Illustri MASCOVIO, qui eas ab Ulphilae litteris plane diversas, et ex depravatis Romanorum uncialibus ortas esse,[8] docuit. Neque minus eruditissimi viri, *Leo*[9] ALLATIVS, *Iohannes*[10] MABILLONIVS, et secutus hunc *Abbas*[11]

propter exoticorum verborum interpretationes mira sedulitate iussimus annotari, antiquorumque grammaticorum orthographiam, prosodiam, etymologiam, et diasynthesin inconcussa curiositate consideravimus, terminosque vetustate nimia caligantes descriptionibus congruis delucidari curavimus.

5) ENDTERVS l. cit.

6) De Typis Litterarum p. 29. 59. Ipsum librum videre, mihi non contigit.

7) P. A. ORLANDI Orig. e Progr. della Stampa p. 198. *Lipsia diede alla luce qualificati soggetti in diversi gradi. Quì l' arte impressoria arrivò solamente l' anno 1484. ma col tempo fece tanti progressi, che in oggi é una delle prime città, nelle quali si stampino molti libri.*

8) In Opere de Rebus Gestis Germanorum, Lib. XV. p. 275. et Observ. XXVI. p. 173. s.

9) Animadv. ad Fragm. Etrusca Inghiramii, p. 41. 53.

10) De Re Diplomat. Lib. I. C. XI.

11) Chron. Gotwic. Lib. I. p. 16. *Romano Imperio ad fata sua quasi properante, inductum fuit aliud litterarum genus. Barbaris nempe direptionibus suis Italiam Romanasque provincias foede populantibus, Gothisque tandem Imperium Italicum occupantibus, unde VI. prae-*

GOTWICENSIS in ea ſententia verſantur, peculiares litteras a Gothis, qui, Honorio imperante, Italiam vaſtatum ibant, inventas eſſe. Videbant enim codices hac aetàte exaratos, maxime vero inſcriptiones non parum differre ab iis, qui e florente repub. Romana magno numero ſuperſunt.[12] Sed ea ſcriptura vetuſtior, et Romanorum curſiva ac minuta eſt. Conſtat enim, diu ante, quam peregrinae gentes infeſta Italiae ſigna inferrent, et iam a [13] Traiani aevo, de priſtino nitore multum fuiſſe derogatum. Eo proceſſerat ignorantia, ut a librariis Graecae [14] Latinis litteris immixtae, et integri lapides,[15] Chriſtianorum maxime ſepulchrales, Graecis characteribus fuerint inciſi. Sic paulatim neglecti grandiores illi, ac miſere [16] deformati ſunt. Renaſcentibus ſtudiis, antiquam elegantiam reſtituere Itali coeperunt. Ser-

praecipue Sec. Codices Gothicis huiuſmodi litteris vel plene perſcripti, vel ſaltem, cum Latinitas omnis eradicari non potuerit, literis Latinis permixtae occurrunt. Gothis Italiae regno exutis ſucceſſere Longobardi, qui pariter ad normam victorum praeter linguam et mores, barbaram ſimul ſcripturam provinciis intulere. Videbimus hinc Codd. VII. praecipue et VIII. Seculo exaratos, ſi non omnes, plurimos ſaltem, praeſertim Italicos, hoc antiquo charactere Longobardico perſcriptos eſſe. A Gothis et Longobardis inductos ait characteres, qui antiquis Romanis noti et uſitati fuerunt. Inſcriptiones fratrum Arvalium, quas *Phil.* ATVRRE commentario illuſtravit, quamvis ad Titi Veſpaſiani aetatem pertineant, uncialibus paſſim inſerunt minutas litteras, quales in Sec. VI. monumentis pro Gothicis habentur. Neque vero hae gentes tam infenſo atque inimico erant in Latinam Linguam animo, vt exſtirpare eam et tollere funditus tentarent, quin potius elegantiſſimos autores ipſarum manibus tritos eſſe, conſtet. Inflexos igitur codicum ductus ſola vetuſtas et librariorum negligentia obſcuros ac difficiles reddit. Unciales certe Sec. IX. nondum obſoleverant. *Servat.* LVPVS Epiſt. V. ad Einhardum: *Praeterea ſcriptor regius Bertcaudus dicitur antiquarum litterarum, duntaxat earum, quae maximae ſunt, et unciales a quibusdam vocari exiſtimantur, habere menſuram deſcriptam.* Ii, qui talibus in exſcribendis codicibus utebantur, Antiquarii, Graecis καλλίγραφοι dicebantur, obſervante *Scip.* MAFFEO in Praefat. Hilarii p. 3**

12) *Scip.* MAFFEVS Veronae Illuſtr. P. I. Lib. XI. p. 619. ſ. et Iſtor. Diplomat. p. 315. conf. BVONAROTTI Oſſervaz. ſopra alcuni frammenti di Vetro. p. XVI.

13) *Sertor.* ORSATI Marmi Eruditi p. 100. *Petrus* POLLIDORI *in Coniect.* ad *Epitaph. S. Flavii Clementis* p. 464. animadvertit, iam a primo Ecclesiae Seculo a cuiuscunque barbarae atque externae nationis hominibus, qui cum

Servantur in bibliotheca Ampl. Senatus Lipsiensis Iustini et Suetonii membranae, Romae a *Iacobo* DE HOLLANDIA anno MCCCCXLIV. exaratae, charactere [17] rotundo, nitido, et tali, quali postea *Nicolaus* IENSONIVS, *Udalricus* GALLVS et [18] *Iohanne* ac *Vendelinus de* SPIRA, impressores Itali, utebantur. Galli contra et Germani distortam et rudem medii aevi scripturam imitati sunt, adeo, ut gustum verae elegantiae non habentes, omnibus numeris absoluta [19] putarent opera sua, quae merae sordes erant, certe ab illorum praestantia ac perfectione multum distabant.

Per longam annorum seriem tetram hanc et indecoram faciem gessit typographia Lipsiensis, quae plura indies volumina in lucem emittebat. Exorta erat anno MCCCCLXXXIX. de

cum Latinis in ipsa Urbe coiverant, facile aliquam Latinarum litterarum mutationem oriri, et in Christianorum monumenta transferri potuisse.

14) Quod luculento exemplo *Marqu.* GVDIVS docet Not. ad Phaedr. p. 288.

15) Testimonio est, ut alia multa praeteream, Epitaphium Severae Martyris, Romae effossum, et Commentario a *P. Ant.* LVPO illustratum, quem vid. p. 61. s.

16) Tales occurrunt in Tumulis Regum Longobardorum. *Theoder.* RVINARTVS Append. Notar. ad Gregor. Turonens. p. 1389. 1393. *Camill.* PEREGRINVS observat. de Tumulis Principum Longobard. *Leviusculum sane est unum, quod addam tamen, hos nempe tumulos literis sculptos fuisse, vt vocant, maiusculis, forma Latinis consueta, etsi aliquantum detorta et impolita, quam Longobardos ad impolitae doctrinae instar, velut ex norma usurpasse, innumera probant exempla.*

17) *Le P. du* MOLINET dans l'histoire de la Fortune des Lettres Romaines (dans le Journ. des Sav. A. 1684. M. Janv.) p. 37. AMBROSIVS *Camaldul.* Lib. XII. Epist. 14. p. 406. *Has modo scribimus ad te, quoniam Cardinalis noster transcribi sibi Prudentium Seduliumque cupit ornatissimis atque optimis literis.* Graecis characteribus, quod obiter noto, idem videtur accidisse. AMBROS. *Camaldul.* Epist. 21. p. 414. *Franciscus Barbarus duo mihi Graeca volumina dono dedit pulcherrima et optima, ac digna optimo viro et coniunctissimo, XVI. prophetas in uno corpore pulcherrimis et antiquissimis literis, et Gregorii Nazianzeni XXX. opuscula peregrina, pulchro amplissimoque volumine et optimis litteris.* Has, ni fallor, Atticas vocat *Franc.* PHILELPHVS in Epistolis.

18) Histoire de l'Orig. de l'Imprimerie par *Prosp.* MARCHAND. Sect. XI. p. 43.

19) L'Origine de l'Imprimerie de Paris par *André* CHEVILLIER, p. 106. s.

de immaculata conceptione divae Virginis inter Dominicanos et Franciſcanos, quorum celebres tum apud nos conventus erant, contentio magnis utrinque animorum motibus agitata. Originem ei dederat *Iohannes* DE BREITENBACH, Anteceſſor, diſſertatione, qua Franciſcanorum patrocinium ſuſceperat. Contrariam ſententiam tuebatur *Georgius* [20] ORTERVS, *Frickenhuſius*, ordinis Praedicatorum, acris vir ingenii, cuius duae Apologiae contra BREITENBACHIVM excuſae, tertiam manuſcriptam ſervat bibliotheca Paulina. ORTERVM enim et huius autorem eſſe, licet aliter viſum ſit eruditiſſimo viro, qui [21] hiſtoriam controverſiae expoſuit, inde coniicio, quod [22] eius aetatis ſcriptor, a *Ioachimo* MADERO editus, ipſi tres libros in conceptionem B. Virginis tribuat. Prodiit eodem circiter tempore Franciſcani cuiusdam [23] *Defenſorium*, adeo ineptum et profanum, ut rem non componat, ſed in riſum potius iocumque convertat.

Litibus alendis vix ſtabilita apud nos typographia deſtinata videbatur, quibus non longo intervallo ſopitis, ad promoven-

20) Monachus Pirnenſis in Onomaſt. MS. quod in Bibliotheca Ampliſſ. Senatus exſtat, hunc Orterum cum Georgio Dottanio inter doctos et pios viros ord. Praedicator. refert.

21) In Nov-Antiqu. Theologic. A. 1718. p. 371. ſ.

22) Num. XXX.

23) *Defenſorium inviolatae perpetuaeque virginitatis caſtiſſimae Dei genitricis, Mariae, in quo adducuntur XVI. naturalia et mirabilia exempla clarorum ſcriptorum auctoritate roborata et experientia rerum comprobata, quibus apertiſſime demonſtratur, ipſam ſacratiſſimam virginem concipere et parere potuiſſe unigenitum Dei filium, abſque laeſione integerrimae ſuae virginitatis.* 4to. Adſervatur in Biblioth. Ampliſſ. Senat.

24) Iuvenalem a *Magno* HVNDT, *Parthenopolitano* anno 1486 deſcriptum ſervat Bibliotheca Senatus Lipſienſis. Conſ. C. G. WILISCHII Catalog. Bibl. Annaeb. p. 17.

25) Redux in patriam, fori regni Neapolitani Patronus conſtitutus, et in publicis turbis anno MDXVII. occiſus eſt. v. Autores ab *Anton.* MONGITORE in Biblioth. Sicula T. II. p. 192. citati.

26) Annales Typogr. Lipſiens. ad ann. 1488.

27) CELTES in libris Amorum et Arte Poëtica:

Te vocat a Latiis vatem Dux inclitus oris,
Utque ſones Muſas praeſul id ipſe iubet.
Sic doctus noſtras intras PIGHINVCIVS *oras*
Muſarum ſtudiis concomitatus iter.

Per

movendas elegantiores litteras tendebat. Penuria hactenus fuerat optimorum librorum, et, cum parcius in Gallia et Italia excusi adveherentur, integros describere [24] autores, necesse erat. Sed impressoria ars et scientiae uno impetu apud nos invaluerunt. *Priamus* [25] CAPOCIUS, *Lilybaetanus*, poëta eximius, Lipsiam, quam ingenii sui monumentis illustraret, venit, exstatque [26] *Fridericeis* eius, heroicum carmen, et metrica oratio, qua Lipsiae laudes complexus est. Id temporis *Fridianus* quoque PIGHINUCIUS, *Lucensis*, [27] ERNESTI, Saxoniae Ducis, et Archiepiscopi Parthenopolitani, poëta, ad quem nonnulla supersunt [28] *Conradi* CELTIS carmina, [29] elegantiores litteras apud nos professus esse videtur.

Hos quidem Lipsiae floruisse certum exploratumque est. De DANTE ALIGERIO, magno deperditae eruditionis vindice, idem contendant nonnulli, quorum opinionem hoc loco examinandam duxi, licet aetas Viri inventae typographiae tempora multum antecedat. A principio rem ordiar. Duae Seculo XIII. Florentiae factiones erant, quarum una *Nigrorum*

Per scopulos per saxa jugum comitantur ovantes
Musae Pierides nec loca vasta timent.
Teque volunt nostras recinas ut carmine terras,
Indocilem Almannum et erudiisse velis.

Ibidem exstat FRIDIANI Responsio, et alia eius Ode in *Conr.* CELTIS Prosevtico ad D. Fridericum III. pro laurea Apollinari.

28) *Otto* BECKMANN in Oratione, Wittebergae an. 1510. habita. *Subit praeterea mihi in mentem pientissimus Ernestus, Illustrissimae domus Saxoniae non ultima gloria, Patriarcha Parthenopolitanus, Germanorum Pontificum primus, qui a teneris, ut aiunt, unguibus ad vegetiores annos usque, Fridianum Pignucium, Italum, hominem Apollineum, rhapsodumque, primae adolescentiae magistrum et doctorem habuit, qui optimo et nobilissimo adolescenti ita linguam teneram formavit, ita facundiam nativam auxit, ita demum supellectilem verborum fecit copiosissimam, ut iam vir factus princeps ille, et graviter, et sapienter in corona gravissimorum hominum in utraque lingua vernacula scil. et latina dicere et sermones agitare possit absque formidine. Nec ingratus Praeceptori fuit Princeps sanctus, sed numatum et sacerdotii dignitate ecclesiastica felicissime adornatum, in Italiam remisit.*

29) *Conr.* WIMPINA in Apolog. contra Laconismum Mellerstadii. *Expresse Tortellius dicit, Cimbros Germaniae populos esse, qui lingua Gallica (teste Festo) latrones dicuntur, hodie Flamingos appellant. Sic Fridianus Lucensis,*

rum causam agebat, altera *Blancorum:* cum his poeta sentiebat. *Nigri* superiores facti [30] statim fautores adversariae factionis, de capite et bonis proscriptione lata, dirutis aedibus, propulerunt. DANTES, exul his terris ad Aragoniae Regem [31] confugit, Parisiis quoque, Ravennae, et Veronae, apud *Canem* SCALIGERUM, qui eius ingenio delectabatur, commoratus est. Saxonia intestinis bellis vastata, et horrida asylum ipsi praebuisse non videtur. Adducuntur quidem argumenti loco DICEMANNI, Misniae Marchionis, statuae inscripta carmina, quae nomen illius praeferunt, sed haec, quamvis genuini monumenti loco, ab iis, qui patrias res litteris consignarunt, [32] saepenumero producta, multo recentiora ac tanto viro indigna videntur. Parum enim castigata sunt, nec temporis ulla in iis ratio habita, [33] et memorant Libanotriae nomine, hac aetate plane inaudito, tractum qui inter Muldam, Elistrum et Plissam, fluvios continetur.

censis, sic doctissimus Ivo penes nos olim interpretatus est.

30) *Nic.* MACHIAVELLI Histor. Fiorent. Lib. II.

31) *Christoph.* LANDINI vita di Dante, *Raph.* VOLATERRANVS, TRITHEMIVS. Neque aliter accipienda sunt *Ioh.* VILLANI verba in Istor. Vniv. Lib. IX. c. 135. p. 444. *E però senza altra colpa con la parte Bianca fu scacciato, e sbandito di Firentze, e andossene allo studio di Bologna, e poi in Parigi, e in piu parti del mondo.*

32) *Georg.* FABRICIVS in originib. Saxonic. p. 1607.

33) Ad annum 1280. Dicemanni obitus in iis refertur. FABRIC. l. cit. et alii, rectius ad an. 1307.

34) G. C. KREYSSIG in Vita Erasmi Stellae p. 525. s.

35) Idem in Vita Ioh. Garzonis p. 334. s.

36) *Ioh.* REVSCHIVS Apolog. contra Lipsiomastig. Ulricus quoque Huttenus Nuenario de Academia Lipsiensi confirmavit, quanquam pertinaciter adhuc reluctati essent Sophistae, erexisse se tamen ibi litteras, rectaque studia aucta esse.

37) Obiter noto *Casp.* BARTHII errorem, nescio, an ab aliis animadversum, qui Adversar. Lib XLV. Cap. 16. Elegiam nostri, quae decima est Lib. III. Amorum, velut antiqui scriptoris, ex membranis Coloniensibus producit, eique emendandae manum affert. Passim resecti sunt versus, quibus ad amorem se natum esse poëta profitetur, immutati, ubi paulo liberius in Germanorum inscitiam et stuporem invehitur.

38) v. Libros sine anni et typogr. indicio Lipsiae excusos.

39) *Ioh.* RHAGIVS, *Aesticamp.* in Orat. in discessu dicta: *Quem enim poëtarum eloquentium non sunt persecuti patres vestri, et quem vos ludibrio non habuistis, qui ad vos expoliendos, quasi coelitus sunt demissi? Nam, ut e multis paucos*

tinetur. [34] Libanotici populi pertinent ad *Erasmi* STELLAE, Seculo XV. celebris viri, sed ingenio nimium indulgentis, somnia, quibus incautos fefellit, notis derisui fuit. Et ipse forsan, ut Friderici Admorsi historiam [35] GARZONI *Bononiensi*, hos DANTI versus fraudulenter supposuit.

Neque vero necesse est, ut ab exteris incerta ac dubia ornamenta arcessat Lipsia, cui domestica sufficere possunt. Romana eloquentia et artes liberales omnes [36] tum primum apud nos caput extulerunt, [37] *Conradi* CELTIS beneficio, cuius Ars carmina pangendi Lipsiae [38] impressa est. Inveterata tamen barbaries summum virum brevi [39] cedere coëgit eorum furori, qui bellum indixerant scientiae, cui quondam dignitatis principatus datus est. Ansam hoc *Matthaeo* [40] LUPINO, *Calidonio*, dedit, ut [41] singulari dissertatione contra Platonicos ostenderet, non segregandos poëtas, cum sint cives, a numero civium, verum etiam, si non sint, adsciscendos esse.

paucos referam, Conradum Celtin pene hostiliter expulistis, Herm. Buschium diu ac multum vexatum eiecistis, Iohannem quoque Aesticampianum, variis machinis oppugnatum, tandem evertitis.

40) Meminit eius MELLERSTAD. in Lacon Tumult. *Adest litteraria phalanx Danubiana, Leucopolitanaque, quorum imperatores et praefecti existunt, Conr. Celtes, et illustris ille Bohuslaus Hassenstein, qui nuper communi suffragio, postquam Matthaeus Lupinus heu! nimium immature occidit, eam praefecturam administrare coepit.*

41) *Matthaeus* LVPINVS in fine Dissertat. *Te oro, doctissime Grevo, quamvis nullius oratoris egeas, ut pro ingenita tibi justitia, nemine respecto, de poëtis id, quod sentias iudices, et eos, si non in urbe Platonica, saltem in Lipsensi republ. serves, id quod S. Theologiae professorum, aliorumque huius almi gymnasii procerum hic circumsedentium autoritate, non difficile efficere poteris. Considero namque in eorum benignis vultibus, quibus me balbutientem sesquihoram tam patienter auscultaverunt, ipsis minime infensum in poëtas esse animum. Idem quod et tibi argumento esse debebit, eos sua intelligentia perspicere, poësim non utilem tantum, sed necessariam quoque esse in hac alma studiorum universitate, quorum auctoritate hodie tibi tradita, ubi voles id, quod pro innata tibi bonitate nolle non potes, bonos viros, et de re litteraria optime meritos poëtas, scil. recusantibus etiam hostibus nostris, non solum facile retinebis, cum sint cives conscripti, et in hoc celebri gymnasio educati, sed ultro, si non sint, aliunde ipsos asciscas.*

* *

CAPUT II.

LIBRI PHILOSOPHICI ET POETICI A PRIMIS TYPOGRAPHIS LIPSIENSIBUS EXCUSI.

Martinus Herbipolensis plurima Aristotelis opera imprimit. Ea variorum commentariis illustrantur. Quodlibetariae Quaestiones instituuntur. Mathematica studia. Elegantiores litteras promovent Petrus Aeolicus, Ioh. Faber, Ioh. Honorius. Guntheri Ligurinus publice exponitur. Herm. Buschius et Ioh. Rhagius, poëtae, a Sophistis pulsi. Horatii Epistolae emendatissime a Martino excuduntur. Rich. Sbrulius, Italus, humanitatis vindex. Herm. Buschii in Martinum epigramma.



Introducta in urbem typographia, eruditorum Lipsiensium ingenia magis excitabantur. Videbant enim patefactum sibi ad immortalitatem nominis aditum, nec illiberales mercenarios sordidum inde quaestum facere, sed viros litteris tinctos eam exercere. Nemini

1) Histoire de l' Imprim. par *Prosp.* MARCHAND. Sect. V. Rem. Q. p. 28.

2) *Mich.* MAITTAIRII Annal. Typogr. T. I. p. 8. s.

3) M. Z. BOXHORNII de Typogr. Dissertat. p. 45. *Sane illo Seculo (XV) non siluisse Hollandiae praela, constat ex libris, quorum haud exigua in mea ac aliorum bibliothecis est copia, qui Traiecti ad Rhenum, Delfis, Goudae, et in ei proximo monasterio Steinensi (ubi Typographicam artem olim monachos exercuisse, constat mihi ex Aesopi et aliorum fabulis, quas ab iis excusas habeo) editi ac impressi.*

4) Alcuinus de Sancta Trinitate impressus in monasterio Vtinburensi. 1509. fol. *El.* EHINGER de Biblioth. August. p. 97.

5) MAITTAIR. loc. cit. p. 202.

6) Baptistae Mantuani opera. Impressa in alma universitate Coloniensi apud Praedicatores. 1500. 4.

7) Annal. Typogr. Lipsiens. passim. Liber Constitut. Facult. Philosoph. MS. *Anno 1522. in convocatione d. 24. Apr. habita, statuerunt concordi suffragio omnes Magistri, quod ob petitionem Baccalaurei Herbipolens. bibliopolae, Silius Italicus, in locum praelectionis Rhetoricae, ad annum*

mini hac aetate studiis et arti, cui vitam ac famam illa debent, simul operam dare, turpe putabatur. [1] Clerici inter primos, qui de incrementis eius optime promeruerunt, referuntur. [2] Lactantius in Sublacensi monasterio impressus, quicquid librorum unquam productum est, pulchritudine vincit. Monachi in [3] Steinensi Hollandiae, et [4] Uttinburensi, Sueviae monasterio, [5] Presbyteri Rostochienses, et [6] Praedicatores Colonienses officinas instituerunt. *Martinus* LANDSBERG, Baccalaureus *Herbipolensis*, si id unice egisset, ut doctrinae studiis et sapientiae deditis, in [7] Aristotele describendo, sumtus levaret; magnum potius inter veteres typographos nomen mereret, quam oblivionem, qua diutissime latuit. Incidebat eius aetas in illa tempora, quibus eruditi fere omnes in verba Philosophorum principis iuraverant, nec [8] pauci Lipsiensium, placita eius portentosis voluminibus illustrabant. Eminet hic [9] *Virgilii* WELLENDÖRFFERI et [10] *Erasmi* FRISNERI industria, quorum alter brevia docendae philosophiae compendia monstravit, accuratos alter et meditatos commentarios in eam composuit. [11] Quodlibetarias, ut vocabantur, Disputationes [12] *Henricus* GREVIUS, *Gottingensis*, cuius in conquirendis libris industria laudatur, in Academia nostra diu intermissas an. MCCCCXCVII. instauravit, *Martinus* vero POLICHIUS,

 magnus

num praelegeretur. Quia is olim multa in Facultatem contulisset beneficia, excudendo Aristotelis contextus.

8) *Herm.* BUSCHIUS Epigrammat. Lib. III. de Academia Lipsiensi

Quo nunc Democriti risus, et cuncta silendo
Quae docuit Samii provida cura senis?
Quo nunc Socraticae migravit gloria mentis,
Aut quo cum magno silva Platone suo?
Ipsae ubi nunc totae tandem celebrantur Athenae,
Aut Pallas Musis concomitata suis?
Omnia nunc retinet haec Lips, et possidet una,
Lips, inquam, docti fama decusque chori.

9) Anon. a Ioa. Madero ex MS. Matth. Flacii editus, (qui ex schedis Bibliothecae Senatus Lipsiensis vitis aliquot augeri potest) Num. LXI.

10) Loc. cit. Num. XXXV.

11) Quodlibetum Scholasticis est id, de quo in utramque partem disputatur. G. I. VOSSIVS de vitiis Sermon. Lib. III. Cap. 40. p. 488.

12) *Virgil.* WELLENDÖRFFER de Magistris Lipsiens. *Henricus Grevo anno* 1497. *in nostro studio quodlibetarius*

magnus vir in primis,[13] praelectiones in Aristotelis Logicam ingenti volumine edidit. Caeterae altiores disciplinae, quas μαθήματα Graeci appellant,[14] pari fervore excultae sunt, in primis astrorum cognitio, quod *Iohannis* DE SACROBOSCO Sphaericum opusculum saepe a *Martino* recusum testatur. Cura enim docendi has litteras, quibus Coloniensis Academia diu iam floruerat, *Andreae* ALEXANDRO, *Ratisbonensi*, publico consilio anno MCIV.[15] primum demandata est, cuius Mathemalogium et *Ioh.* PITSANI Perspectiva emendata prodierunt. Figurae et circuli, qui in his operibus ligno incisi occurrunt, et omnium[16] primo in Euclide, Venetiis an. MCCCCLXXXII. excuso, comparuerant, satis nitidi sunt, et accurata diligentia elaborati.

Neque vero inter severiora studia disciplinae, quae ad humanitatem pertinent, neglectae fuerunt: Sane in Germania magis tum colebantur, quam nunc iisdem in urbibus. Non modo tot veterum auctorum iteratae a nostratibus editiones, sed ipsorum opera, quae cum antiquis conferri possunt, testantur, iam tum Lipsiae honorem litteris habitum esse. *Petrus* AEOLICUS frequenti auditorio Persii Satyras recitabat: et cum ponderum ac mensurarum nomina moram possim iniicerent, RHEMUM FAVINUM, antiquum scriptorem, qui illud argumen-

betarius fuit, qui collapsam per longa multaque temporum intervalla de quolibet disceptationem restauravit. Scatebat huius viri litteraria officina codicibus omnium facultatum.

13) Annal. Typogr. Lips. ad an. 1504.

14) *Rich.* CROCUS Encom. Academ. Lipsiens. *Videmus huius Academiae nomine insignita volumina de motu astrorum, de lineis, de musices concentibus, de dialectices argutiis, de numerorum pari imparique structura, de Grammaticae partibus, multa, eademque quae, vel momo iudice, non improbanda.*

15) Annal. Typogr. Lipsiens. ad h. a.

16) *Erhard.* RATDOLT, *Augustanus*, impressor. *Non enim adhuc, quo pacto schemata Geometrica, quibus mathematica volumina scatent, ac sine quibus nihil in his disciplinis fere intelligi optime potest, excogitaverant. Itaque cum hoc ipsum tantummodo communi omnium utilitati, quae ex his percipitur, obstaret, mea industria, non sine maximo labore effeci, ut, qua facilitate litterarum elementa imprimuntur, ea etiam geometricae figurae conficerentur.*

17) Annal. Typogr. Lips. hoc anno.

18) Vid. infra Libros sine anni et typogr. indicio Lipsiae excusos.

mentum carmine tractavit, ad codicum fidem emendatum,[17] an. MCCCCXCIV. imprimendum curabat. [18] *Stephanus* GERHARDUS, *Regiomontanus*, Pontificii Iuris doctor, Ciceronis familiares epistolas, ab infinitis pene mendis liberatas prelo commisit, egregium opus, et diligentissime nitidissimeque impressum. *Iohannis* FABRI, Academiae Secretarii, non invenusta carmina partim *Martini Herbipolensis* stanno exscripta sunt, partim in [19] publicis pluteis adhuc inedita latent. Diu est, quod in oblivionem haec nomina venerunt, cui eo maiori iure eripienda sunt, cum bonarum artium mercatura, Lipsiae instituta, non parum ipsis debeat. Huic suppar aetati est *Ioh.* [20] HONORIUS, *Cubitensis*, qui correcta et commentariis illustrata antiquorum autorum Ciceronis,[21] Horatii,[22] Valerii Maximi opera, et libellum de lyricis carminibus *Martini* prelo subiecit.

GUNTHERI, non vetusti quidem, sed elegantis poëtae, *Ligurinus* a *Conrado* CELTE ex Eberacensis coenobii MSto tum protractus [23] avide a Germanis exceptus, et Lipsiae ab *Hermanno* BUSCHIO expositus est. Fovebat GEORGII Ducis munificentia BUSCHIUM, virum plane incomparabilem, et quasi fato quodam nobis concessum, ut, si barbariae vestigium adhuc superesset, id funditus deleret. Silium [24] Italicum,

19) *Ioa.* FELLERVS Catal. MS. Biblioth. Paulinae p. 390. s. Carmen de Cognitione sui occurrit in Cod. MS. Biblioth. Senat.

20) Eius Epitaphium exstat inter *Herm.* BVSCHII Epigrammata.

21) 22) Annal. Typogr. Lipsiens. an. 1510. 1503.

23) In fine editionis principis: *Felici fine completus Ligurinus, et per universam Germaniam, et eius publica gymnasia iam notus, et iuventuti Germanicae ad legendum et enarrandum praebitus, primo Viennae a C. C. Friburgi per Hier. Baldung, Dubingi per H. Bebelium, Ingolstadii per Iac. Philomusum, Lipsi per Herm. Bostium* (corr. *Buschium*) *qui in praedictis gymnasiis publico stipendio Romanas litteras feliciter profitentur. Teneo te Europa et tota Germania.*

24) *Phil.* NOVENIANVS in Schol. ad Buschii Lipsica: *Unde Silius Italicus* (*quem noster imitatus est non semel*, *quemque tunc frequentissimo hic auditorio praelegebat*, *stipendio Illustr. Principis nostri*, *Georgii*) *Silius, inquam, canit Lib. 12. etc.* Elegans in Silium *Herm.* BUSCHII Epigramma exstat Carm. Lib. III.

cum, quo unice delectabatur, quem imitandum sibi propofuerat, in magno adolescentum, quos scientiae cupiditas trahebat, concursu, praeter Ciceronem, Caesarem, Virgilium et Ovidium praelegit, eumque *Martino Herbipolensi*, anno MDIV. excudendum tradidit. Erat in ipso, quae in splendidissimis ingeniis plerumque existit, magna gloriae cupiditas, et [25] quod sibi suisque operibus auguratus erat, id quidem plenissime consecutus est. Non enim vivus modo passim [26] antiquis carmina sua praeferri vidit, sed hodienum inter Germaniae poëtas, ob ea maxime monumenta, [27] quibus Lipsiae laudes celebravit, principem locum obtinet.

Iohannes RHAGIUS, *Aesticampianus*, [28] vir in scriptis veterum studiose et multum volutatus, sordidum et abhorrens a vera elegantia dicendi genus acrius forte castigaverat, quam plurimorum gravis ac intolerabilis, in summa inscitia, arrogantia ferre poterat. Hinc Colonia, cum *Ioh.* CAESAREO et *Bartholomaeo Coloniensi* eiectus, Lipsiam venit, ubi commune eruditis confugium GEORGIUS praestabat, [29] cuius iussu in Livium, Ciceronem, Tacitum, ignota ante Germanis nomina, commentatus est, tanta et tam inusitata facundia, ut in admirationem sui vel invitos raperet. *Euricius* quoque CORDUS Bucolica sua [30] quibusdam tum exposuit.

Maio-

25) Epigramm. Lib. III. De se ipso et suis opusculis:
Est honor antiquis, et laus numeratur ab annis,
Nomen et auctori tempus et hora facit.
Et me fortassis crescet mea Musa sepulto,
Et post exsequias vivet in orbe meas.

26) *Iac.* WIMPHELINGIUS in Epistola adiecta SPIGELII interpretationi Prudentii de miraculis Christi. (Selestad. 1520. fol.) *Facessant ergo Catullus, Tibullus, Propertius, cum extent Sedulius, Prudentius, Bapt. Mantuanus. Pro Martiali tutius legantur Epigrammata Herm. Buschii, Murmelii, Sapidi.* Eadem fere in fine operum Rhabani leguntur.

27) Vid. infra Annal. Typograph. Lipſ. anno 1504.

28) HAMELMANNI Opera Histor. p. 118. 291. qui, nescio quo errore, Longicampianum mathematicum passim eum appellat, et *Dan.* FIDLERI Dissertat. de *Ioh.* RHAGIO. Lipſ. 1703 Carmina eius cum Theoder. Gresemundi et aliorum epigrammatibus prodierunt Argent. 1502. 4to.

29) *Ioh.* RHAGIUS in Orat. Lipsiae

Maiores quidem nostri, pudet me referre, tantos viros iniuriosius tractarunt. Haec erat eius indoles aetatis, ut prae eo, quod Alexander, Huguitio, et caeterae huiusmodi quisquiliae statuebant, Romana eloquentia sorderet. Eo processerat ignorantia, ut ludi litterarum streperent [31] vulgari sermone, quo in explicandis autoribus praefecti utebantur. Verae sapientiae studiosi, in Italia, ipsa Musarum sede, a Guarino, Politiano, Pomponio Laeto, ad humanitatem informati, perversa haec ingenia aegre admodum ferebant: sed altius insederat atque inveteraverat malum, quam ut uno conatu exstirpari potuisset. Multum valebat genus hominum, qui se primos omnium rerum esse volebant, nec erant, occupati in otio, tricis scholasticae doctrinae impediti, monitoribus asperi. Hi, sicut tum perpetuo sapientibus luctandum cum iis fuit, apud nos quoque machinis et insidiis suis tandem effecerunt, ut optimi viri, occlusis auditoriis, ipsorum furori [32] cedere, et aliam quaerere, sedem cogerentur.

Adeo difficile erat ambitiosae ignorantiae adsuetis, naturam suam dediscere, tantum facinus, componere carmina incondito rhytmorum sono minus horrida, putabatur. Humanitatis vindices longissime, et autoritate, et numero, a vulgo obscurorum virorum superabantur, ob quos barbara tellus, urbs nostra

siae in discessu an. 1511. dicta: *Tanta autem Latinitate, et affectione explicata sunt omnia, ut vel Musae quidem, si Latina loqui vellent, aptius festiviusque exprimere non valuissent. -- Fere mihi excidit Corn. Tacitus, qui vobis maiorum vestrorum origines, cibos, arma, mores, leges, ritus, victorias, triumphos aperuit, in patriaque vestra pene peregrinos et exules vos, tandem reduxit. In manibus mihi erant praeterea perlucidae A Gellii noctes, laboriosum Prisciani opus, et quatuor B. Augustini de doctrina Christiana libri, quos hoc anno, Deo bene volente, Principe stipendium dante, universitate locum concedente, in publicum studiosorum usum libenter protulissem.*

30) *Ioa.* CAMERARIVS in Vita Eob. Hessi, p.24.

31) *Herm.* BUSCHIUS in Oestro poëtico in Heverlingum Rostochiensem:
Quicquid Heverlingus legit auditoribus, illud
Vulgari lingua Teutonicaque facit.

32) V. Obscuror. Virorum Epistolas, elegantissimam Satyram, p. 62. s. ubi late omne negotium refertur.





nostra tum passim [33] audiebat: licet infamiam illam *Iohannes* REUSCHIUS peculiari [34] libello, poëtae eius temporis cultissimis, carminibus [35] et veterum nobis elegantiam commendantes, delere studerent.

Praeclaros eorum conatus *Martini Herbipolensis* industria multum iuvit. Prodierunt ex officina eius, quam Halae ad Salam per tempus floruisse, [36] constat, elimata, et ad unguem castigata antiquorum scriptorum volumina. Sic operam dedit, ut frequentes maculae, quas typographorum negligentia Horatii epistolis adsperserat, cum *Ioh.* HONORIUS [37] anno MCCCCXCIIX. eas interpretandas susciperet, eluerentur. Sic in Virgilii, et Officiorum Ciceronis editione [38] versatus est, curam huius gerente *Richardo* [39] SBRULIO, celeberrimo poëta, qui a Maximiliano Imperatore, Friderico Electori commendatus, vicinam Wittebergensem illustrabat. Ob singulare

33) MELLERSTAD. in Laconismo Tumultuario: *Unde fortassis occasio arriserit illi, qui taxando Lipsiam, quasi sola ex omnibus neglexisse suavissimas Musas, omnium bonarum artium altrices videatur, scripsit:* Lips barbara tellus *Haud citra iniuriam utique. Multi enim insignes poëtae ibidem sunt, licet ob barbarorum dominium, amusique vulgi multitudinem minus polleant.*

34) Epistola Apologetica *Ioh.* REUSCHII, *Fontani*, in Lipsiomastigas prodiit an. 1520. 4to

35) *Euric.* CORDUS Epigramm. Lib. IX. p. 426. *Ioh.* STURNUS in Herm. Buschium:

Barbara quae quondam fuerant Lipsensia Tempe,
Nec nisi barbaricam docta sonare chelyn:
Iam nunc Aoniis certant, Hermanne, Camoenis,
Et redolent Latiam, te duce, Calliopen.

36) Exstat *Sacrarum reliquiarum urbis Halae descriptio*, patrio sermone, eius typis impressa Halae, an. 1520. 4to.

37) Annal. Typograph. Lipsiens. h. a.

38) l. c. ad an. 1503. 1507.

39) *Otho* BECKMANN in Orat. supra excitata: *Maximilianus Imperator Sbrulium nostrum, Sphortiadum laudes panegyrico carmine canentem non paucis donavit nummis, et principi nostro Friderico, in concilio Constantiensi, commendavit, ut eum etiam clementissimus princeps in Saxoniam usque perduceret, et docendi munus, in Academia Wittebergensi, optimo rarae eruditionis adolescenti, decerneret.*

gulare illud, in promovenda eruditione, ſtudium, Typographus nulli Germanorum ſecundus *Hermanno* BUSCHIO audit, qui cumulum laudis ipſi attulit, [40] venuſto epigrammate, cuius initium eſt:

Martino LANSSBERCK civi Lipſenſi, et librorum excuſori elegantiſſimo.

Ut de te in noſtris ſcribam, MARTINE, *libellis,*
Eſt aliqua, ut video, parte cupido tibi.
Si vis, pro noſtro tua munere dona paciſcar,
Quae ſi das, famae tunc dabo vela tuae.
Tunc ego te dicam Soſiorum vincere nomen,
Cedet et ipſe tibi bibliopola Tryphon.

40) Epigrammat. Lib. III.



* *

CAPUT III.

CONTINVATIO EIUSDEM ARGUMENTI, INPRIMIS DE LIBRIS, AD ELOQVENTIAE STUDIA PERTINENTIBUS.

Wolffgangus Molitor, typographus Lipsiensis. Lis inter Wimpinam et Mellerstadium, de Poëseos praestantia. Eloquentiae studia per Iacobum Publicium, et alios, Lipsiae restituuntur. Gregorii Laticephali, Prof. Lips. cura in emendandis libris. Tabulae Anatomicae, Magni Hundt Anthropologio vetustiores. Quaedam de Petro Ravennate. Iacobus Thanner, typographus. Sedulius primus Lipsiae prodit. Boëthius cur D. Severinus cognominatus? Observatio de Senecae et D. Pauli epistolis mutuis. Q. Aemilianus Cimbriacus, poëta praestantissimus.



Typographia Lipsiensis et scientiarum incrementa habent commune quoddam vinculum, et quasi cognatione quadam inter se continentur. Nihil indignum, aut perpetuis tenebris damnandum, in lucem a nostris impressoribus protrahebatur: iuvandis litteris pertinax eorum indu-

1) Alias STOECKLIN, *Monacensis*, unde duos diversos sibi fingit *Andr.* RIVINUS in Declamat. de Typogr. p. 20.

2) De *Conr.* WIMPINA agit Anon. Mader. Nu. LXXV. et Contin. Trithemii de Scr. Eccl. MS. Bibl. Senat.

3) Vid. infra inter libros sine anni et typogr. indicio excusos.

4) Annal. Typogr. Lipsiens. an. 1497.

5) Meminit eius Anon. Maderianus Nu. XXXI. MELLERSTAD. in Wimpinian. Offens. S. Theol. *Eadem occasione vindicantur a calumnia, quae in meo Epigrammate leguntur. Quod, qualecunque (licet aliquid fraternitatis habeat) nollem profecto Wimpinianis commentis, adeo usque mangonatis, interpolatis, allucinatis, aequiparari.*

6) MELLERSTAD. loc. cit. *Quo in loco siticulosus nugarum, contra agnitam veritatem, mihi inter reliqua obiicit de septempedibus versibus, qui mei neque sunt, neque meo nomine editi, sed ipse, quo pacto luciferiana superbia solus inter caeteros emineat, detrahere etiam extrema fata passis, non parcit. Quod enim versus illi arte non constent, ineruditi impressoris, vel ductoris vitio dandum esset, non conditoris: condi-*

industria, omnes conatus, omnes vigiliae devotae esse videbantur. *Wolffgangus* [1] MOLITOR, Baccalaureus *Erffurtensis*, nullo Germaniae typographorum, sive magnitudinem emendatissimorum operum, sive nitorem, ac praestantiam spectes, inferior, paullo post *Martinum* LANDSBERG, artem apud nos excolere coepit. Eminuit hac aetate *Conradi* [2] WIMPINAE ingenium, qui, praeter Lipsiae [3] laudes, ALBERTI *Animosi*, Saxoniae Ducis, res bello praeclare gestas heroico carmine a nostro excuso [4] cecinit, et *Martinus* MELLERSTADIUS, cuius [5] Epigramma, et Poëma Natale Electorii Principis prodierunt; quamvis hunc foetum suum esse, constanter [6] negaverit. Multum uterque benigna ac divite vena valuit, versuum tamen modi ac numeri non raro neglecti, et lege soluti sunt, [7] quales *Euric.* CORDUS [8] venuste cavillatur. Poëtica ars, commune studium, leniendis animis aptum, acri contentioni, inter eos exortae, ansam postea praebuit. Nimis praeclare de ea sentire videbatur MELLERSTADIUS, dum caput, originem, fontem ac fundamentum theologiae eam constitueret, nec audaciam, unde [9] religio detrimentum acciperet, ferre *Conradus* poterat. Multis in utramque partem [10] disputatum, conviciis quoque [11] res gesta, tandem ad Principem delata est. [12]

C 3 Nulla

conditoris inquam, viri impense et egregie docti.

7) MELLERSTAD. in Laconismo Tumult. *Consulto hic praetereo falsas syllabarum quantitates, ineptissimas sententias, nullam topographiae notitiam, ubi nescio, quid recti inest, cum Cimbros inprimis, Flandrenses appellat, ignarus Cimbricae Chersonesi apud Strabonem, Ptolemaeum, et Caesarem.*

8) Epigrammat. Lib. IX. pag. 426.

9) Errores XCII. qui ex hoc asserto sequuntur, confutat WIMPINA in Apologia contra Laconismum Mellerstadii.

10) Libri ab utroque editi, inter eos, qui sine anni et typographi nota, Lipsiae prodierunt, recensentur. Conf. Nov-Antiq. Theolog. an. 1716. p. 378. s.

11) Intercedebat obscura quaedam simultas, quod WIMPINA defensionem *Simonis* PISTORII minabatur, cui cum MELLERSTADIO, de epidemico morbo, controversia erat. V. infra Annal. Typogr. Lipsiens. an. 1500. 1501. et MELLERSTADII Laconism. Tumultuar.

12) Respons. et Apolog. *Conr.* WIMPINAE ad Mellerstadii Offens. S. Theol. *Illum ipsum Martinum Mellerstat per vestrae (o Illustrissimi Principes)*

Nulla tamen vehementius tum, quam eloquentiae studia apud nos viguerunt: quisque fere laudis cupidus incredibili industria ad dicendum enitebatur. Antea quidem a Germanis neglecta fuerant, et cum barbaria vitiosissimis quoque oratoribus locum daret, inanis elocutio non multum a vulgari sermonis genere abhorrebat. Post autem, auditis oratoribus Italis, cognitisque eorum libris, accedente ingenio, et attentissima cogitatione, orationis ornatum consecuti sunt. Sane Italis, priscae illius ac verae eloquentiae haeredibus, plurimum debemus. *Iacobus* PUBLICIUS, [13] *Florentinus*, artem, quae inter barbara tempora multum de suo nitore perdiderat, circa an. MCCCCXC. restituere [14] Lipsiensibus coepit, artemque eius epistolandi orandique modum, in Italia iam excusa, [15] *Wolffgangus* prelo iterum [16] subiecit. Quae tum inciderat gravis per urbem pestilentia, plurimos magistrorum saluti suae fuga consulere, et intermittere studia coegerat, ad quae, brevi tempore interiecto, [17] redierunt. GEORGII Ducis iussu, nostri iuvenes eloquentiae praeceptis instituti sunt, praeeunte *Georgio* DOTTANIO, qui *Antonii* MANCINELLI scribendi orandique modum, publice exponendum, ex nostri officina emisit. Eandem

pes) gratiae Senatores, Marschalcum, curiae magistrum, iterum atque iterum ad examen sum cohortatus, ac paulo post etiam per illustrem Principem meum, et Dominum, Dom. Georgium, Ducem Saxoniae in ipsa Erphordiensi diaeta, hincque per illustrissimum S. Romani Imperii Ensiferum, Electorem, pariter eundem Mellerstat, semper renitentem, morandique causas nectentem, accersivi.

13) Ignorant aetatem eius, qui clarorum Florentinorum vitas data opera collegerunt. *Giul.* NEGRI Istor. degli Scrittori Fiorentini p. 332. *Parlano di lui, Mich. Poccianti nel suo Catalogo degl' illustri Scrittori Fiorentini, Josia Simlero nell' Epitome, e niuno fà menzione del tempo, in cui visse; ne qual Duca gouernasse allora il Ducato di Taranto, che probabilmente era un figliuolo de' Rè di Napoli.*

14) *Ioh.* REUSCHIUS in Apolog. contra Lipsiomast. *Stipendia deinde et salaria, quam potuerunt, honestissima in hoc, ut peritissimi quique Gymnastae conducerentur, liberrime contulerunt: cuius rei, ut de nostris interim taceam, plerique doctissimi viri, qui apud nos varias artes professi sunt, et docuerunt, locupletissime testari possunt. Et (ut de multis paucos, eosque nobiliores commemorem) nonne Iac. Publicius, Priamus Lilibetus, Petrus Eolicus, Marcus Italicus, Lupinus Vigilantius, Baptista Guarinus, Con-*

dem ſcientiam, hactenus intermiſſam, reparare, ſummo ſtudio annixus eſt *Paullus* [18] NIAVIS, variis operibus editis, [19] quae, licet multum adhuc foeditatis admixtum habeant, tolerabilia tamen, et omnium Germanorum manibus tum trita fuerunt. Conſecutus eſt hos *Hieronymus* EMSERUS, qui in opuſculis [20] elegantiorem dicendi normam iuventuti propoſuit. [21]

Verum non tam tarda erant noſtrorum ingenia, ut rivulos eloquentiae, non fontes conſectarentur. Sudabat *Wolffgangi* prelum in Cicerone, Horatio et Seneca recudendis. Uſus in eo eſt conſilio et accuratione *Gregorii* LATICEPHALI, *Conicenſis*, qui philoſophiam publice apud nos docuit, et plurima typis ab illo exſcripta, non invenuſtis verſibus, ut mos erat eius temporis, commendavit. [22]

Quin et medendi arti typographi induſtria adiumento fuit. Primus forte inter Germanos *Magnus* [23] HUNDT, *Parthenopolitanus*, vir varia doctrina ornatus, inciſionem, notam antiquis ſcientiam, ſed vetuſtatis iniuria fere deperditam inſtauravit. Anthropologium eius, de hominis dignitatibus, natura et proprietate, anno MCCCCCI. a noſtro impreſſum, et figuris, varias humani corporis partes rudi caelo adumbrantibus, paſſim diſtin-

Conradus Celtes -- cum honorificentiſſima et gratiſſima beneficiorum recordatione teſtatum reliquerunt, quam ſit ſtipendiis honeſtiſſimis donata Lipſia, quam ſint ipſi in honore et pretio habiti, quam bene ſit illis, qui ephebiam et ſequacem ad vitia iuventutem, non tam literis, quam honeſtae vitae formulis inſtituunt, imbuunt, et educant.

15) Venetiis impr. Erhard. Ratdolt, an 1482. 4to.

16) v. Libros ſine an. et typogr. nota Lipſ. excuſos.

17) *Georg.* DOTTANIUS in praefat. ad Anton. Mancin. (v. infra Annal. Typogr. Lipſ. an. 1500.)

18) *Ioh.* TRITHEMIUS de Script. Eccleſ. p. 207.

19) Vid. libros ſine anni indic. excuſos.

20) Argentinae 1516. 4to.

21) In Epiſtola ad Ioann. Iun. Duc. Saxon. *Quamvis ante hac etiam Latina pueris idiomata ſcripſerint viri non indocti, Paulus Niavis et Laurent. Corvinus, quae neque a Latinitate penitus abhorreant. Eorum tamen materia, cum ſit de rebus humilibus et plebeiis, indigna eſt, quae liberis ingeratur auribus.*

22) Ampliſſ. GOETZIUS in Programm. de Biblioth. Senat. Lipſienſ. pag. 4.

23) Vid. Celeb. *Ioh. Zach.* PLATNERI

distinctum prodiit. Itali, quibus perfectae typographiae, ut inventae Germanis, gloria debetur, talia iam tentaverant, et exstat in Bibliotheca Amplissimi Senatus Anatomia MUNDINI, emendata a *Pet.* MORSINO de *Imola*, ac per *Iohannem* et *Gregorium* DE GREGORIO, Venetiis anno MCCCCXCVIII. impressa, tabulis, non tam rudi Minerva elaboratis, ornata.

Eodem fere tempore *Petrus* RAVENNAS [24] pontificia iura ingenti opere illustrabat, cuius pars prior an. MDIV. a nostro Wittebergae excusa prodiit. Impressoria ars Academiae tum conditae, nostri beneficio, primum innotuit, quam *Iohannes* GRUNENBERGIUS, sive, ut Latine vocari malebat, VIRIDIMONTANUS, [25] diligentissime posthac ibi exercuit. Per eundem anno MDXIX. Dresdae primum fuit stabilita. [26]

Neque vero omittenda sunt *Iacobi* THANNER, *Herbipolensis*, typographi, praeclara in litteras merita, qui, sicut aetate *Wolffgango* proximus, ita artem accuratissima diligentia, et felici successu, ut ille, excoluit. De singulari quoque delectu, quem in procudendis libris adhibuit, Annales typographiae nostrae amplum testimonium perhibent. Magno in primis beneficio sacrae antiquitatis studiosos sibi obstrinxit, cum D. SEDULII Paschale Carmen, et Exhortatorium ad gentiles, pau-

NERI Schediasma de *Magno* HUNDT, tabularum Anatomicarum, ut videtur, inventore. Lips. 1734. 4to.

24) Vitae Academicae taedio, tandem in Italiam ad monachorum S. Francisci conventum rediit. Testantur id carmina, variis eius operibus annexa, et Contin. MS. Trithemii de Scr. Eccl.

25) Unde MAITTAIRIUS minus recte diversos facit, Annal. Typ. T. II. p. 146.

26) In aulam Georgii Ducis an. 1519. Lipsia vocatus est. *Io. Im.* MÜLLERI Incunabula Typogr. Lips. p. 12.

27) Habentur in Bibliothec. Patr. Lugdun. T. VI. p. 459.

28) A *Guil.* CAVEO, *Georgio* FABRICIO, aliis.

29) BOETHII nomen Scriptores mediae aetatis semper cum magna honoris praefatione memorant, quod scripta eius multa praeclare et egregie dicta continent. *Catholicus, et sapientïae ac scientiae multae Philosophus* HINCMARO, *Sacer, Rich.* BURY in Monobiblo p. 409. audit. Inter Martyres a Romana ecclesia relatus est, S. SEVERINI appellatione. Histor. Ord. Praedicat. (in Collect. Vet. Monum. T. VI. p. 364) *Retulit Dn. Bernhardus Comes de Laureto, se habere instrumentum apud se, pertinens ad progeniem suam, in quo Boë-*

paucis hactenus nota, ipsis anno MCCCCXCIX. emendate impressa traderet. *Petrus* EISENBERGIUS, A. M. perquisitis bibliothecarum angulis, veterem codicem, qui rarissimum opus continebat, nactus erat. Multus est in enumerandis poëtae scriptis, inter quae nonnulla occurrunt, ipsi perperam tributa: Epistola vero ad Macedonium Presbyterum, et Carmen ad Theodosium Augustum, quae praefigi huic operi [27] vulgo solent, absuisse ab illo codice videntur. Nemo eorum, qui postea SEDULIUM emiserunt, huius editionis meminit, in qua nonnulla rectius, quam in Aldina, anno MDII. excusa, et passim [28] pro principe habita, leguntur. BOETHII, *alias* D. SEVERINI,[29] Philosophica Consolatio, in Gymnasio Lipsiensi[28] innumeris mendis ab *Andrea* FABRO, *Landaviensi*, purgata, et SENECAE Epistolae, adiectis iis, quae S.[31] PAULLI nomen mentiuntur, cum plurimis veterum scriptis a *Ioh.* HONORIO curatis, augent laudem peritissimi impressoris, quam noster consecutus erat. Nec in recentiorum libris nitide imprimendis eius industria defuit. Nominatim ex iis produco *Petri* HOEDI, *Portuonaensis*, [32] libros tres de generibus amoris, [33] venustis hendecasyllabis a[34] *Quinto* AEMILIANO, *Cimbriaco*, poëta, qui res a MAXIMILIANO, Imperatore, adhuc iuvene, gestas heroico carmine complexus est, commendatos.

Boëthius Senator, summus philosophus et theologus, qui et S. Severinus appellatur, pro teste adducitur.

30) Ex primis autoribus BOETHIUS fuit, in quibus emendandis Germanorum, nominatim *Rud.* LANGII, diligentia versata est. Vid. *Herm.* HAMELM. Orat. de Rud. Langio p. 276.

31) D. PAULLI et SENECAE Epistolas mutuas suppositas esse, nemo nostra aetate in dubium vocabit. Medio aevo pro genuinis habitae et centies descriptae fuerunt. *Nicol.* ANTONII coniectura est, diversas esse Hieronymo memoratas ab iis, quae hodie circumferuntur (Bibl. Hispan. Vet. p. 30.) cui non accedo. Occurrunt enim in *Pet.* ABAELARDI Theolog. Lib. I. p. 1196. (Thes. Anecd. T. II.) nonnulla, quae hodie in iis totidem verbis leguntur. Novum argumentum stabiliendae *Nicol.* NOURRII sententiae, qui eas iam vetusto scriptori Pseudo-Passionis S. Lini visas fuisse, contra Baronium ostendit. in Auct. Bibl. P. P. Dissert. VI. Art. II.

32) Menagiana T. II. p. 33. Ducatiana P. I. p. 239.

33) Annal. Typogr. Lips. an. 1503.

34) *Otho* BECKMANN in Orat. in laudem Philosoph et human. litter. habita in Academ. Witteb. anno 1510.

* *

CAPUT IV.

TYPOGRAPHIAE LIPSIENSIS PROGRESSUS AD TEMPORA REFORMATIONIS.

Incrementa Typographiae Lipsiensis. Digressio de Litteris Germanorum. Melchior Lotter Romanis characteribus primus utitur. Missalia imprimit. Cura in iis excudendis quondam adhibita. Idem Musicas notas tentat. Martinus de Lochau Abbas Veteris Cellae inter Mecaenates studiorum. Iohannis Tuberini Musithias. Georgii Ducis in elegantiores Litteras amor. Senatus de iisdem merita. Typographia Misenae innotescit.



Quanquam ea optimorum librorum copia Lipsiae prodiret, ut caeteras Germaniae civitates pudere inopiae suae potuisset: [1] in typorum tamen forma, verborum compendiis, et interpunctione, multa emendanda supererant. Typographos olim Latina et Germanica iisdem litteris, (quas Gothicas vulgo vocant,) excudisse, supra animadversum est. Hic, vbi de vernaculis libris sermo oritur, non incongruum erit, in ipsam litterarum Germanicarum originem, veteres-

De quibus (rebus a Maximiliano gestis) si amens aliquis dubitat, Cimbriaci poëtae, hominis Itali, legat monumenta, nuper in Bibliotheca Bartholemaei Steni, Vratislaviensis, faustissime inventa, quibus res gestas Maximiliani, adhuc adolescentis, dum vix ex ephebis excesserit, heroico carmine luculentissime complectitur. v. Ioa. FELLERI *Hist. Poëtar. Med. Aevi. p. 454.*

1) *Hier.* EMSERUS in praefat. Dial. de Compot. *Statim coepi hinc Lipsiam mihi relinquendam conqueri, ubi doctissimorum hominum, atque librorum copia, et, sicut in Africa, semper aliquid novi.*

2) Apud LAMBEC. de Bibl. Vindob. Lib. II. p. 464. s.

3) T. II. Observ. XXVII. Ubi Runas Francorum et Anglo-Saxonum, originem a Celticis litteris ducere, et harum vestigia in monumentis etiam nonnullis, quae Hetrusca vulgo censentur superesse, coniicit. Francos certe suas litteras habuisse, Venantii Fortunati testimonio confirmat. ibid. Lib. XIV. §. 18. n. 8.

4) Ibid. Lib. XIV. §. 27. Runae Septen-

teresque formas inquirere. Habuerintne litteras antiquissimi Germanorum, et quales, aeque incertum est. OTTFRIDUS quidem autor est, maiores nostros ad Seculum usque IX. eas plane ignorasse, et illa demum aetate Carolum M. Grammaticam et scribendi notas, quas victis et in Galliam deductis Saxonibus daret, excogitasse. [2] Posset tamen de eo adhuc dubitari. Sane exstant vestigia, veteres illas gentes litterarum notitiam habuisse. Praeter illa, quae de Celtarum [3] et septentrionalium populorum [4] Runis, Illustri MASCOVIO, in praeclaro opere de Rebus Germanorum, observata sunt: scriptura certe, quae in Codice Evangeliorum argenteo occurrit, itemque vetustus Anglosaxonicus [5] character, Caroli M. tempora multum aetate antecedunt. Caeterum litteris, quibus hodie Germani utuntur, Latinas, in libris MStis medii aevi varie depravatas, originem dedisse, satis constat. [6]

Praeclare igitur meritus est de typographia nostra *Melchior* LOTTERUS, qui Romanos characteres, satis elegantes, in excudendis libris Latinis, Lipsiae primus adhibuit, Gothicis vero tantum in Vernaculis usus est. Ab eo tempore etiam Germanica elementa paulisper expoliri coeperunt. Neque tamen reliqui excusores eius exemplum secuti sunt: Gothici characteres ad annum circiter MDXXI. durarunt, et Romanis plerumque

 im-

Septentrionalium populorum in lapidibus litteratis per Daniam, Sueciam, et Norvegiam erutis occurrunt.

5) Ibid. Observ. XXVIII. Anglo-Saxones cum in Britanniam venirent, proprio charactere, qui Romano immixtus, in Codicibus MS. occurrit, usi sunt. Sed obsolevit posthac, substitutis in eius locum, ab Aelfredo Rege, Latinis litteris.

6) *Bernh. a* MALLINCROTT de natura et usu Litterar. Cap. XX. *Ioh.* LASCARIS in eadem opinione versatur: *Idem*, inquit, *figurarum modus, cum a Romanis ad varias nationes, velut in colonias, transmigraverat, varius apud singulas, atque ab archetypo admodum dissimilis corruptus inspicitur. Nam quis asseveraverit, alias esse Theutonum, alias Hispanorum, aut ipsorum quoque in Italia Ligurum, elementorum figuras, nisi qui et mercatorum indiscretas notas inter litterarum formas contenderit, esse connumerandas: quod certe absurdum esset. Omnes enim hae figurae Latinae volunt esse, et cum a Romanis unis defluxerint, exscribentium vitio magis atque magis in incertas atque*

immixti [7] fuerunt. HORATII Epiſtolae, an. MDXII. a LOTTERO editae, pulcherrimarum editionum, quas aemula aetatis noſtrae induſtria ad magnam perfectionem produxit, primitiae fuerunt. Tentaverat tamen iam initio Seculi, tale quid, in *Leonardi* ARETINI quadam Comoedia. [8]

Curam tum gerebant pleraeque eccleſiae, ut libri, quorum in ſacris frequentiſſimus uſus eſt, rituales, miſſalia, breviaria vulgo vocantur, impreſſoriae artis beneficio, emendatiores prodirent. Magni antehac ſumtus impendendi erant, et librariorum culpa, inter ſe exemplaria diſcrepabant: excuſa vero ab omnibus poterant comparari. *Petrus* DELPHINUS peculiari epiſtola hoc conſilium [9] laudat, et Epiſcopi ad ſe pertinere putabant, ſummo ſtudio in id incumbere, ut publicae utilitati [10] proſpiceretur. *Antonius* ZAROTUS, *Parmenſis*, rem difficilem, et tantum a peritiſſimis tentandam, primus aggreſſus

que multiplices tempore abierunt. in Praefat. Antholog.

7) Sic e. c. in *Herm.* BUSCHII Lipſicis, quae an. 1521. prodierunt, *Phil.* NOVENIANI Scholia Gothicis characteribus excuſa ſunt.

8) Annal. Typogr. Lipſ. ad an. 1500.

9) Epiſtol. 141. p. 1087. *Laudo ſummopere conſilium hoc tuum, ſiquidem huiusmodi impreſſione id elicietur boni. Primum, quod viliſſimo precio totius ordinis monaſteriis providebitur. Deinde, quod maximi facio, etiam emendatiores codices, et in nullo invicem diſcrepantes habebimus.* Conf. Ep. 178. p. 1129.

10) V. GEORGII, Epiſcopi Bambergens. praefat. Miſſalis ſecundum ordinem eius eccleſiae. Babenb. 1507. fol.

11) CHEVILLIER P. II. Cap. I. p. 112.

12) Mandatum Miſſali Numburg. a. 1501. praefixum: *Cum in omnibus ferme dioeceſibus, rubrica non ſolum orandi, verum etiam divina officia celebrandi, impreſſoriae arti ſit accommodata, ac poſtea pulchris characteribus depicta, et nec per anteceſſores noſtros libri miſſales in nulla officina impreſſurae ſint dati. Id mente revolventes iuſſimus et procuravimus, miſſalia ſecundum ordinarium et rubricam Eccleſiae Numburgenſis ordinari, ac demum per Mag. Iacobum de Pfortzheym, Baſileae imprimi, cuius artem, diligentiam, ingenium, operis impreſſi elegantia tam excellenter commendat, ut parem ei videamus neminem.*

13) Continet hoc Viaticum orationes canonicas iuxta Rubricam Capituli Miſnenſis, Pſalterium duplex, et vitas quorundam Sanctorum. Prodiit etiam ex LOTTERI officina: *Libellus ad omnes de tempore et Sanctis, continens circuitus et proceſſiones eccleſiaſticas. an.* 1522. 8*vo.*

14) Vid. infra Annal. Typogr. Lipſiens. an. 1502. Miſſalis eccleſiae Miſnenſis prima editio prodiit a. 1485. fol.

15) L' Hoggidi dell' Abb. *Secondo* LAN-

gressus est.[11] Inter Germanos *Iacobus* DE PFORTZHEYM, qui Basileae artem exercebat, laudem eo magnam promeruit.[12] Neutri horum secundus *Melchior* LOTTER Viaticum[13] secundum rubricam Misnensis ecclesiae, anno MDII. grandioribus et elegantissimis litteris impressum dedit.[14] Simile quid, aut magis adhuc arduum, ita nullis eius conatibus obstabat difficultas, in Musicis notis,[15] in S. BERNHARDI ad Musicam Isagoge, quam ex bibliotheca Veteris Cellae, manuscriptis codicibus superbiente[16] *Michael*, Prior eius conventus, a. MDXVII. vulgabat, tentavit. Florebat tum Cellense Monasterium, si ullum in Germania floruit, laude litterarum, quibus unice deditus erat *Martinus* DE LOCHAU, Abbas eximium antea nostrae Academiae ornamentum, in qua Bernhardinum Collegium, et pietate, et eruditione quondam commendatissimum, an. MDXX. instauravit.[17] Exstat B. BERNHARDI, cuius regulam Coenobium Cellense

LANCELLOTTI, T. II. p. 147. *Quanto alla Stampa delle Cose Musicali, prima intagliavano le file delle righe e note nel legno, di modo, che stampata ch'era una riga, non valeva più nulla. Venne Antonio Gardano, Francese e Musico intorno a 70. anni sono (Tomaso Attio da Fossombrone vuole che l' primo Inventore fosse Ottavio Petrucio dalla sua patria) e cominciò ad ingegnarsi, di formare le note di stagno con diverse misture, come le lettere, e facilmente metterle, e distribuirle, come vuole lo stampatore sopra ó fra le righe, e dove bisogna.*

16) *Mich.* MITRIS in Dedicat. Claud. Mamertis de Statu animae, ad Martin. de Lochau: *Huic optimo fratrum instituto subministrat abunde, fertque suppetias ornatissima, quam tu, Rever. Pater, exstruxisti, bibliotheca, quae, ut est amplissima, sic opera diligentiaque tua, tuorum fratrum, piorum etiam hominum, libris est optimis refertissima. Quid ibi, quod artium est bonarum, humanarum, divinarumque litterarum non reperitur? quid in hac, quod veterum, quod neotericorum est autorum, non conspicitur? Praetereo vetustissimos, correctissimos, raros in omni disciplinarum genere Codices.*

17) loc. cit. *Quid, oro, collegium Lipsensium D. Patris Bernhardi nonne summum amorem tuum et in tuos et in alienos testatur? Exstruxisti (nonnullorum venerabilium dominorum abbatum auxilio concurrente) e fundamentis novum, amplum, decorum. Quin hoc quoque summa vigilantia praevidisti, quo fratres in eo sub ea viverent disciplina, provisione, tranquillitate, qua in coenobiis. Citra dixerim aliorum Lipsiensium collegiorum iniuriam, nullum Lipsiae collegium sic dotatum esse gratiis, ut Bernhardi Collegium. Id quidem factum benevolentia Principis Illustriss. Georgii, sed tuo labore, tua cura, tua sollicitudine. Memini, me sacri Cisterciencis ordinis in eodem conspexisse triginta sex fratres,* con-

lense sequebatur, sermo, quem, cum inter opera omissus esset, ex veteri codice eruit, et LOTTERO, [18] anno MDXVI. exscribendum tradidit.

Iohannes TUBERINUS, *Erythropolitanus*,[19] qui poëticam publice apud nos docebat Musithiada, de Coelitibus et sacris historiis composuerat, magnum opus, quod cum Sannazario de Partu Virginis, Hieron. Vidae Christiade, ac similibus conferri potest. Id GEORGIUS Dux inter gravissima negotia diligenter legit, [20] priusquam ex LOTTERI officina anno MDXIV. exiret. Redierant tum Lipsienses in gratiam cum Poëtis, et EOBANUS [21] *Hessus*, *Vitus* WERLERUS, *Sebast.* [22] MIRICIUS, et *Hermannus* TULICHIUS Academiam ingenii gloria non parum illustrabant.

Illam eruditionis faciem, et variam, quam apud nos experta est, fortunam intuens, saepenumero admiratus sum, tenebras diuturnae ignorantiae tam subito dissipatas esse, fulgore et

congregatos ex variis monasteriis, ea morum gravitate procedentes, ut mihi tum fieret spes maxima, non collabi sanctissimos mores uspiam, si respergerentur coenobia, talibus optime institutis vitis.

18) Vid. infra Annal. Typogr. h. a.

19) *Phil.* NOVENIANUS in Epistola ad Eruditum et humaniss. Virum, *Ioh.* TUBERINUM, poëtam excellentissimum, praeceptorem suum:

Tanta etenim tibi nunc clarissime fama, poëta,
Ut liceat gemini sydus adire poli.
Nam nunc convolvunt puerique, senesque severi,
Quae Tuberina Chelys enthea scripta dedit.
Quae Tuberina Chelys, qua non argutior ulla est
Condidit in Sanctis Scripta diserta modis.

20) *Ioh.* TUBERINUS in Dedicat. ad Georg. Duc. *Quum igitur opus umbilico tenus deductum tibi olim perspiciendum obtulissem: tum artem gravi admiratione prosecutus, quanquam totius diei sedula venatione defessus, nocturna tamen hoc ipsum volutatione non dedignabare, evolutumque Cubiculario tuo fidissimo servandum mandabas. Nec vero incredibilis eo ipso bonitatis tuae manifestario argumento contentus, quippe qui diurna quoque manu successivis temporibus lucubratiunculas meas, quantulaecunque tum fuere, versabas, ac satis superque versatas, ab uno optimatium tuorum, tibi gratissimo tandem mihi reddi praecipiebas.*

21) *Ioa.* CAMERAR. in vita Eob. Hessi p. 22.

22) *Euric.* CORDUS Epigramm. Lib. IX. p. 425.

23) ERASMUS in Epist. 517. ad Georgium Duc. p. 567. *Optimi Principis*

et claritate litterarum. Sed plurimum, deprehendi, debere illas GEORGIO, Duci, qui, altera post MAXIMILIANUM, Caesarem, spes et praesidium studiorum, in Germania tum caput extollentium, fuit. Propositis amplissimis praemiis, in aulam et academiam suam eruditos evocavit, eundemque amorem provincialibus autoritate exempli sui commendavit. Senatum in primis Lipsiensem ERASMUS hoc nomine laudat.[23] Nemo enim nisi a doctrina instructus et ornatus[24] ad rem publicam accedebat. Exstant sane inter illius aevi Senatores clarissima nomina Insignium Virorum, qui et ipsi eruditi fuerunt, et literatis hominibus mirifice faverunt. *Herm.* BUSCHII carmine inclytus est[25] *Bartholomaeus* ABBAS, Consul[26] et disciplina iuris civilis eruditissimus, et prudentia acutissimus. *Aegidius* MORGIUS, alter Consulum,[27] legationibus, quas dextre obierat, et bene dicendi scientia, magis vero benevolentia, qua Graecae et Hebraicae linguae doctores,[28] CROCUM et CELLARI-

pis exemplum imitatur Senatus pene universus, cum magistratibus caeteris, optimis studiis ac virtutibus honorem modis omnibus habens : quos omnes tam procul semotos a nobis, tamen ex amicorum litteris publicaeque famae praeconio cognovi.

24) *Phil.* NOVENIANUS in Schol. ad Herm. Buschii Lipsica: *Seligitur is numerus ex Philosophis et Iurisperitis potissimum, viris tum multa doctrina, tum etiam variarum rerum varia experientia praeditis.*

25) Exstat Epigramm. Lib. III.

26) *Phil.* NOVENIANUS l. c. *Nec minus memorabilis est amplissimus vir, Barthol. Apt, vir et canicie venerandus, nec ipse vel artium, vel iurium ignarus, imo in hisce studiis dignitatem nactus, qui iam multis plane annis huic reipub. consul quam meritissimus praefuit, neminem eruditorum omittens, quem non aliquo beneficii genere afficeret.*

27) l. c. *Iam huius reipubl. habenas moderatur optimus ac pariter eruditissimus vir et dominus, Aegid. Morgius, liberalium disciplinarum doctor bene doctus, iurium neutiquam ignarus, quin et in his gradum commeruit, ut et animo est praesenti et nequaquam effoeminato, simul in rebus legationibusque obeundis, Herculeo et dextro, atque eloquentia non vulgari, fidus per omnia eruditorum amator, verum civitatis huius dies atque noctes satagens, vigilantissimus, nihil omittens, quod vel in oppidi huius opulentissimi, vel Academiae nostrae rem ac gloriam cedere possit.*

28) Idem in Dedicat. Element. Hebr. *Siquidem tu is es, per quem Sanct. Lipsensis Senatus maxima quaeque perficit, qui semper omni industria totoque, ut dicitur, pectore in hoc incumbis, quo res publica haec amplissima feliciter regatur. Et cum primis conaris, quo docti foveantur,*

LARIUM, complexus est, insignis. Eadem laude *Iohannes* LINDEMANNUS, Senator et Antecessor, celebratur,[29] et qui primo fuisset loco nominandus, commune litterarum et curiae ornamentum, *Henricus* STROMERUS *ab Auerbach*, ALBERTO, Moguntino Praesuli, a salutis custodia, ipsi Aesculapio ab *Ulrico* HUTTENO[30] comparatus. Iucundissima cum ERASMO[31] et REUCHLINO amicitia ipsi intercessit,[32] variisque operibus posteritati nomen suum commendavit, ex parte a *Melch.* LOTTERO excusis.[33] Ea profecto gloria Amplissimo Ordini posthac perpetua fuit. Favet adhuc hodie ingeniis, reique publicae non minus, quam litterariae patrocinium, modis omnibus, tuetur. Testimonio est splendida illa et instructissima Bibliotheca, unde nostra haec fere omnia hausimus.

Latum insecuta tempora campum aperuerunt, in quo excurrere poterat impressorum industria. Graves illi ac vehementes motus, religionis causa excitati, multis ansam scribendi dederunt, et plurima huius generis LOTTERI typis Lipsiae, forte etiam Misenae, ubi officinam eius in aula *Iohannis* DE SALHAUSEN, Episcopi, ad tempus floruisse, constat, excusa sunt.[34]

CAP.

tur, quo litteris suis sit honor, cuius rei, quemadmodum nuper in Croco, Britanno, qui mihi in Graecis litteris ab eruditione fuit, ita nunc in Ioh. Cellario, homine, modis omnibus, et docto, et probo, egregia exempla statuis.

29) *Rich.* CROCUS in praefat. ad Theodor. de Construct. *Vendicare etiam non nihil poterat huius laboris gravissimus, et prudentissimus Senatus Lipsensis, cuius beneficia ne quaquam aliorum fuerunt inferiora. Quem, inquam, ordinem non minus illustrat, quam ab eodem illustratur diligentissimus, et idem fidelissimus iuris interpres, Ioh. Lindemannus, U. I. D. ut doctissimus, ita bonarum litterarum amantissimus.*

30) *Ioh.* REUSCHIUS in Epist. Apolog. contra Lipsiomast.

31) ERASMUS in Epist. 517. ad Georgium Ducem p. 567. *Tua benignitas Henricum Stromerum, virum integritate summa, singularique prudentia iam pridem spectatum, allexit in istam urbem, ut et scholae decus esset, eximie doctus Medicus, et civitatis, Senator gravissimus.*

32) *Ioh.* REUCHLINUS in Praef. Athanasii de variis Quaest. a se traducti: *Adest etiam corpori tuo alter Aesculapius, eloquentiaeque studiosis Mecaenas, Henricus Stromerus Auerbachius, Med. Doctor.*

33) *Henr.* STROMERI Auerbachii

* *

CAPUT V.

PROGRESSUS TYPOGRAPHIAE LIPSIENSIS AD LIBROS GRAECOS.

Graecae Litterae Lipsiae Georgii Ducis auspiciis florere incipiunt. Claricius Bononiensis, et Richardus Crocus, Anglus, magna cum laude eas docent. Senatus Lipsiensis in nascentia studia Graeca favor. Opera quaedam Croci recensentur. Valent. Schumannus primus Graeca Lipsiae imprimit. Tranquillus Parthenius Andronicus, Dalmata. Petrus Mosellanus. Iac. Ceratinus et Ioa. Camerarius, Graecae Linguae doctores. Valent. Papa, et Ernest. Voegelinus, typographi Lipsienses, typorum Graecorum elegantia celebres. Graeca typographia, superiori seculo neglecta, nostris temporibus egregie in Urbe restituitur.



Quamvis ineunte seculo XVI. omnes, qui laudis studio trahebantur, animum ad Graecas litteras applicarent; [1] nusquam tamen eae benigniorem in Germania Mecaenatem, quam Lipsiae senserunt. GEORGIUS, Dux, quem, Mediceae domus, in reparanda antiquitate, aemulum, laudat *Pet.*

chii Medici Sermo Panegyricus Petro Mosellano, quo die Lipsiensis Academiae Rector proclamatus est, dictus: cui adiecta est oratio Petri Mosellani, de concordia, praesertim in Scholis publicis tuenda, qua Stromeri gratulationi respondet. Lips. per Mel. Lotter. 1520. *Eiusdem* et Gregorii Coppi Epistolae, quae statum religionis Christianae, hoc seculo degenerantis, attingunt. ap. Mel. Lotter 1520. 4to.

34) Vesperae et Vigiliae defunctorum secundum Rubricam ingenuae Misnensis Ecclesiae. Misnae in aula episcopali: per providum virum, Melchior. Lotterum, civem Lipsensem. an. 1520. 4to.

1) *Iacob.* WIMPHELINGIUS in Isidoneo Grammat. cap. 25. *Scivit Graecas litteras et docuit Rudolphus Agricola, studiosissimusque est illarum Ioh. Cam. Dalburgius, Illustris Vangionum antistes, Germanorum gloria, quem propter admirabilem doctrinam et praeclaras virtutes ad maiora natum auguramur: studiosissimusque est Graecarum Tritemius, Spanhemensis Abbas. Suntque hodie, qui docere possunt, Ioh. Capnion, vulgo Reuchlin, Phorcensis, ICtus, et Conradus Celtes, laureatus poëta.* His addi potest *Matthaeus* LUPINUS, cuius Cap. I. mentionem inieci, si versus Graeci de Troiae destructione, qui, GESNERO teste, in Italia latent, eius sunt.

Pet. MOSELLANUS, Academiam, Latinis litteris iam satis ornatam, praesidio Graecarum, quo destituta adhuc erat, primus celeberrimam reddidit.[2] Licet enim iam anno MCCCCXCIX. CLARICIUS quidam[3] *Bononiensis*, licet *Hermannus*[4] BUSCHIUS earum rudimenta adolescentibus nonnullis praeciperent: successu tamen hi conatus caruerunt; forte, quod barbaries et ignorantia eius seculi cultum illum plane respueret. Mansvetiores erant Musae Lipsienses, cum *Richardus* CROCUS, *Londiniensis*, *Guil.* GROCINI[5] discipulus, praestantissimus orator,[6] nec inferior[7] poëta, anno MDXIV. ludum docendi aperiret. Sic enim eius adventus celebrabatur, ut famam ingenii[8] exspectatio viri, exspectationem ipsius adventus[9] admiratioque longissime superaret. Hoc magistro usus est *Joachimus* CAMERARIUS,

2) ERASMVS in Epist. ad eum p. 567. *Tuis nimirum auspiciis tuaque munificentia Lipsiensis Academia, iam olim celebris ac solennibus illis studiis florens, nunc politioris literaturae ac linguarum accessione per te sic est ornata, ut vix ulli caeterarum cedat.*

3) *Ioh.* CELLARIUS in Apologia contra Nem. Wittebergens. *Revera Lipsica nostra Academia in utraque literatura floruit, priusquam vestra ferme institueretur. Non enim plerisque ignotum est, quendam Claricium Bononiensem plus ante viginti annos Linguam Graecam Lipsiae docuisse, cuius Grammatica carminibus scripta apud plerosque adhuc latet.*

4) Grammaticam Graecam Lascaris, ac Phocylidis Sententias praelegendo. v. HAMELM. in Narrat. de vita Herm. Buschii p. 295.

5) Graecarum Litterarum, quas ab Ang. Politiano, et Demetrio Chalcondyla acceperat, in Britannia instauratoris. ERASMVS Epist. 301. p. 294. et *Ioh.* LELANDVS in Encomiis Viror. Illust. p. 136. ed. Hearnii.

6) *Testatur id Oratio de laudibus Graecarum disciplinarum, cuius facundia et argumentis moti Cantabrigienses eam linguam anhelare coeperunt, quam florentem in Oxoniensi Academia cum invidia videbant.* *Tho.* HYDE in Histor. Academ. Oxon. p. 243.

7) Carmina eius occurrunt in Tabulis Graecis, et Hieron. Dungersheymii Excusat. Picardorum a Wolffg. Monac. Lipsiae impressa.

8) De quo praeclara sibi promittebant summi eius aetatis viri, Tho. Linacer, Tho. Morus, Erasmus, et Gvil. Budaeus, cuius ad Crocum exstat Graeca Epistola. vid. Epist. *Guil.* BUDAEI p. 168.

9) *Rich.* CROCUS in Encom. Acad. Lipsiens. *Sed ὦ πόποι, quando plus de vestra Lipsia mihi nunc polliceor! a cuius Senatu tam ampliter munus propinatum est, a cuius Rectore tanta cum alacritate exceptus sum, a cuius doctoribus tam honorifice ad orandum stipabar iturus.*

ERA-

RIUS, qui, cum eo tempore Lipsiam, pene adhuc puer, veniret, diligenter ab ore eius, Plutarchi quosdam libellos explicantis [10] pependit, omnemque Graecae Linguae cognitionem, qua posthac unus omnium maxime eminuit, acceptam ei retulit. [11] Ipsi Theologi, graves et provectioris iam aetatis viri a juvene ignota lingua erudiri, laudi sibi ducebant. [12] Quare incredibile sui desiderium reliquit, cum triennio post, anno MDXVII. ab HENRICO VIII. Angliae Rege, ut Cantabrigae Graecas litteras, post ERASMVM, [13] doceret, et Ducis Richmondiae praeceptorem ageret, [14] accerseretur. Qualis vero fuerit *Richardus*, quem ardorem inter optima ingenia concitaverit, quo applausu conatus eius in publico excepti fuerint, non possum melius exprimere, quam si tabulas hic repetam, quibus [15] Senatus Ur-

E 2 bis

ERASMVS Ep. ad Tho. Linacrum: p. 136. *Crocus regnat in Academia Lipsiensi, publicitus Graecas litteras docens.*

10) *Ioa.* CAMERARIUS in Prooem. ad Plutarch. de natura et effectib. Daemonum.

11) Idem in Vita Melanchthon. p. 26. ed. Voegel. *Usus ego sum Croco praeceptore, Lipsiae puer pene triennio, eique me, si qua facultas mihi harum literarum contigit, tam initium, quam progressum referre acceptum debere, confiteor. In Grammatica sane doctrina, quod est eruditionis omnis in quocunque sermone fundamentum, Crocus excellebat.*

12) In Encom. Academ. Lips. *Theologi postremo tam pii, tam humiles, ut ne lectiones quidem meas erubescatis, idque grandiores, adfectaque prope aetate, Catonem nimirum imitati, qui Graecas litteras canus discere inceperat.*

13) *Ant.* WOOD'S Athenae Oxonienses Vol. I. pag. 105. The Life of Erasmus by *Sam.* KNIGHT. p. 88.

14) WOOD l. c. *In 1524. he commenced D. of D. at Cambridge, being then, or about that Time, Tutor to the King's natural Son, the Duke of Richmond.* Cum eodem tempore Rex divortium cum Catharina coniuge faceret, in Italiam missus est, ut veteres Codd. Graecos de gradibus matrimonialibus consuleret, et Theologorum, de causa Regia, suffragia colligeret. v. The Life and Reign of K. Henry the Eight by *Edw.* Lord *Herb.* of CHERBURY. p. 329. f.

15) Quem passim laudat CROCUS in Encom. Acad. Lips. *Quocirca non parum venit laudandus Senatus hic Amplissimus, nec indignus plane, qui maximorum regnorum habenas moderetur. Qualem si habuissent Athenae, si Carthago, forsan adhuc florere, et inter florentissimas civitates numerari potuissent. Usque adeo solus omnium, quoscunque ego viderim, ex philosophis, iureque consultis suos magistratus cupit illustrare. Quippe qui probe dignoscat, non tam ditissimum quemque, quam prudentissimum debere rempubl. administrare.*

bis, libris eius, ne intra quadriennium, ipso inscio, imprimerentur, prospexit.[16] Ex iis simul apparet, quis fuerit eius ordinis ad iuvandas bonas litteras animus, et quis velut universae civitatis genius.

SENATUS ET CONSULES LIPSIENSES
Lectori Salutem.

Quoniam generosus vir, Dominus Richardus Crocus, Anglus, bonarum Artium Magister, atque idem utriusque in hac nostra Academia linguae professor non minoribus labore ac sumptu, quam industria et arte, Tabellas quasdam de Graecorum nominum et verborum formationibus hic typis aeneis fecit excudi, atque adeo hanc nostram urbem suis litteris multo maxime illustravit: non temere putavimus, pro nostro cum in cives nostros officio, tum in politiores litteras amore, illius diligentiam honestissimo quoque beneficii genere a nobis compensandam esse, ut vel hoc exemplo discant docti omnes, quod a Magistratu Lipsensi non modo non contemnentur, quam fovebuntur etiam atque venerabuntur plurimum. Quod ut fieri possit, testatius, quantulumcunque nostrum privilegium in librorum frontibus, quos apud nos editurus est, adscribi, non tam permisimus, quam iussimus. Scilicet ne quis has Magistri Richardi Croci introductiones, aut alterum quempiam librum in hoc nostro gymnasio ab eodem impressum, vel alibi excusum huc vehi, vel hic excusum, citra autoritatem eiusdem Domini Richardi, intra quadriennium ab inchoato uniuscuiusque libri die vendat, vel vendi faciat, sub poena triginta aureorum, pro singulis libris, sic in nostri mandati contemptum venditis et excusis, amittendorum: quorum decem in fiscum

16) Aliud Privilegium *Pet.* MOSELLANO datam v. infra.

17) Quem *Hieronymus* ALEANDER, ipsarum, ut CROCO audit, Musarum alumnus, Lutetiae Parisiorum exposuerat.

18) Eleganti epigrammate in eas lusit *Gregor.* COELIUS, *Aubanus*, Croci discipulus:

Ταῦτα ὁρῶσα Κρόκου δαιδάλεα σχήματ' Ἀθήνη,
Οὔποτ' Ἀθηναίων σκῆπτρα ἀπώλεσ' ἔφη.
Ἀλλ' ἅμα Γερμάνων τε ἀρηιφίλων τε Βρεταννῶν
Πολλακρατῶ. τῶν πρὶν μηδὲν ἔλαττον ἔχω.

Quod ita vertimus:

Vidit ut haec, Pallas, docti monumenta Ricardi,
Paret, ait, sceptris Attica terra meis.

Ger-

fiscum nostrum, decem delatori, decem eidem Domino Richardo cedere volumus. Actum et Datum Anno nostri Servatoris MDXVI. *die Aprilis prima. Lipczik sub sigillo nostro.*

Ingenii monumenta, quibus memoriam sui nominis Lipsiae commendavit, sequentia exstant.

Academiae Lipsiensis Encomium Congratulatorium. Βρονταν ουκ εμον αλλα διος αθυροστομια θεοκριτον αμειλεν νομος και χωρα. 4to. Habita est haec oratio, cum anno MDXV. ad praelectiones in [17] Ausonium poëtam se accingeret.

THEODORI Grammatici, viri undecunque doctissimi, liber quartus et ultimus de Constructione. R. Croco Britanno interprete. Lipsiae *in aedib. Valent. Schumanni*, MDXVI. 4to. Statuerat equidem, *Tho.* MORI hortatu, priores quoque libros Latine convertere; eventu tamen hoc consilium caruisse, patet ex *Val.* CURIONIS, qui integram GAZAE Grammaticam, Basileae *typis Valderianis*, MDXLI. 4to. edidit, epistola.

Tabulae Graecas Litteras compendio discere cupientibus sane quam necessariae. ibid. eod. 4to. [18]

Introductio haec in Graecam Grammaticam [19] primum fuit, sed elegantissimum typographiae Graecae, ad Lipsienses delatae, tentamen. *Valentino* SCHUMANNO, qui paulo ante in civitatem receptus erat, [20] ea laus debetur, quod libros Graecos, qui in Italia, ALDI beneficio, omnes pluteos occuperant, in [21] Germa-

Germanus meus est, et Martis cura, Britannus.
Num iura imperii sunt violata mei?

19) Praeter hanc Introductionem, Elementa Grammaticae Graecae memorant *Ioh.* BALAEVS, PITSEUS, et alii; sed parum accurate.

20) Anno 1514.

21) Opera inprimis *Iohannis* RYNMANNI per universam Germaniam librarii et bibliopolae, in quem sequens exstat *Conr.* CELTIS Epigramma, praefixum Guntheri Ligurino, edito an. 1507. quem servat bibliotheca Senatoria.

In nostras terras Lacius Graecusque character
Iam venit studio, culte Rymanne, tuo.
Pro quo condignas tibi dat Germania grates,
Et referet laudes, hic et ubique, tuas.

22) In

mania quoque, initio seculi, imprimi coeperant, Lipsiae primus omnium intulerit. Ante ea tempora Graeca hic a paucis legebantur, et si forte vocula quaedam in recentiori autore occurreret, typis deficientibus, librariorum calamo supplenda [22] relinquebatur. Vidi *Phil.* BEROALDI libellum, quo septem Sapientum Sententiae discutiuntur, a *Jac.* THANNERO, anno MCCCCXCIX. sic impressum, ac licet idem in *Sabellici* Exemplorum opere, anno MDXIV. edito, Graecos quosdam versus excuderet: characteres tamen rudes, ac distorti, parum ad elegantissimos Schumannianos accedunt. Multum hic operae ac industriae impendit, ut eos indies effingeret nitidiores, et cum anno MDXXI. has tabulas, a *Philippo* NOVENIANO recognitas, additis accentibus, [23] denuo emitteret: tale produxit artis specimen, qualis iam antea spem fecerat, [24] et quo nec ipse

FRO-

22) In his lacunis, quae in Mstis, librariorum negligentia, perpetuae sunt, recte supplendis, doctissimorum virorum industria versabatur. AMBROS. *Camaldul.* Lib. XVII. Epist. IX. p. 570. *Mittat Ciceronis epistolas ad Atticum, quibus noster Manuel restituit Graecas litteras.*

23) Accentus enim ea aetate nunc addebantur, nunc omittebantur, forte, quod in vetustissimis Codicibus abessent. *Ioh.* AURISPA ad AMBROS. *Camaldulens.* Epist. XXII. p. 710. *Habeo hic ferme omnia, quaecunque scripsit Demosthenes in volumine quodam vetustissimo, quod, etsi litteras speciosissimas habeat, prae antiquitate tamen quandoque accentu caret.* PHILESIUS *Vogesigena* (quem corrigendis in SCHURERII *Argentorat.* officina libris operam dedisse, certis indiciis colligo) Gyraldi Syntagma de Musis, ab autore in Italia sibi commissum, anno 1511. edebat, *non omissis accentibus in iis, quae Graeca sunt.*

24) In fine Element. Hebraici: *Valent. Schumannus Lips. stanniscriba Lectori Sa. Candide Lector, primum omnium te facimus certiorem, accentus Graecis, huic, ut mihi et plerisque videtur, eruditissimo libello, insertis nos plurimas ob causas non adscripsisse, etsi Phil. Novenianus, iuvenis, praeter caetera, art. et phil. magister perbelle praescripserat: ob id rogatum te volumus, quo boni consulas. Non enim tam male cum Graecis litteris Philippus meus in gratiam rediit, ut nesciat, quibus dictiones accentibus modulandae sint. Etiam spondemus, brevi nos edituros litterarum, quibus Graeca imprimi possunt, specimen quoddam, et post hac omnia, quantum fieri poterit, tibi politissima daturos emissurosque.*

25) In Dedicat. ad Ioh. Kuchelium art. et V. I. D. Georgii Princip. Cancellar. *Itaque nos tabellas Crocianas, primo nondum satis ad hoc instructis stanni scribis, ita impressas, ut et Crocus, praeceptor noster clamaret,* δευτέρων ἀμεινόνων, *pro*

FROBENIUS, magnum inter Germaniae typographos nomen, dare luculentius potuisset. [25]

Sic affluebat liberalissimis studiis Lipsia, cum an. MDXVIII. eruditissimus iuvenis, [26] *Tranquillus Parthenius* ANDRONICUS, *Dalmata*, peragratis Italiae et Germaniae nobilioribus oppidis, [27] ad illam accederet. Exstat hodienum eius, de laudibus eloquentiae, oratio in concursu hominum litteratissimorum dicta, [28] oratio gravis, elegans, et talis, qualis ab eo, qui in dicendi exercitatione Graecis Latina semper coniunxerat, exspectari poterat: adeo, ut *Petri* MOSELLANI invidiam sibi contraheret. [29] Augustae Vindelicorum aliquamdiu moratus, [30] Lovanium, ad visendum ERASMUM, et docendas elegantiores litteras, concessit, irrito conatu, improborum, qui in earum perniciem coniuraverant, flagitio. [31]

Magis

pro nostra diligentia, quoad eius fieri potuit, accuratissime excudendas curuvimus.... Tantum in hoc sedulo connisi, ut singula vaferrime Schumannius, ut hominis est inconnivens in hisce rebus industria, expoliret novis quibusdam et Frobenianis litteris.

26) Alius eius nominis, imperante Ludovico XI. Parisiis Graecas litteras docuit. NAUDE Addit. a l'Hist. du R. Louis XI. p. 84. et BULAEUS in Hist. Acad. Paris. ad an. 1470. Tom. V. p. 692. Elegans in nostrum Epigramma exstat inter *Eur.* CORDI poëmata p. 306.

27) Orat. de Laudib. Eloquent. *Tantus profecto litteris honor in hac civitate habetur, tanto studio bonae artes expetuntur, ut hic esse honoratissimum omnium optimarum disciplinarum domicilium, quale Athenis fertur olim fuisse, Italiam, Galliam, Hispaniam, ac totam Europam, nedum ipsam Germaniam clarissima fama pervagetur.* Pergit; *Itaque tanta fama permotus, licet essent peragrandae mihi aliae civitates Germaniae, huc diverti, cupidus videndi ea, quae aliquando auribus conceperam. Qualia vix olim florentiss. Italiae gymnasia, Patavinum, Bononiense, Senense, Parusinum atque Romanum meis oculis subiecerant.*

28) Prodiit ex offic. Melch. Lotteri an. 1518.

29) In Epistola ad Erasmum. p. 404. *Hi sunt, qui tribus quatuorve Latinis figuris instructi, alii poëtas, oratores alii sese ostentant, et inveniunt homines fortunati se dignos auditores... Cuius farinae impium quendam nebulonem, nescio quis malus aquilo in hanc scholam nobis ex ipsa usque Dalmatia invexit.*

30) Emisit ibi Orationem contra Turcas ad Germanos habitam an. 1518. et aliam ad Deum contra Thurcas, carmine heroico. 4. Neutra Reusnerianae collectioni inserta est.

31) ERASMUS in Epist. ad eum p. 464. f.

Magis patientes culturae aures admovebant Lipsienses, quamvis non deessent veteris inscitiae patroni, utpote qui, ne ipsi ab omnibus ludibrio haberentur, bona studia morabantur.[32] Effecerat GEORGIUS, pro suo in litteras favore, ut minus turbarentur *Richardi* CROCI abitu, cum *Pet.* MOSELLANUM, iuvenem plane eximium, *Casparis* BORNERI [33] consilio, ex Treviris huc arcesseret. Docuerat is, adhuc adolescens, Coloniae Agrippinae Graecae ac Latinae linguae rudimenta, Rhetorices praecepta, et Philosophiam, quam infinitis sordibus purgaverat, Aristotelicam [34] nec dignior, qui desertam a *Richardo* spartam susciperet, inveniebatur. Magna eius sunt et praeclara in Academiam merita, quam Graeca litteratura plurimis adhuc ignota, celeberrimam reddidit. ARISTOPHANEM, veteris comoediae principem, elegit,[35] quem auditoribus suis explicaret,[36] eiusque Plutum, ad Aldinam editionem in *academia* *Ans-*

32) Queritur de iis *Pet.* MOSELLANUS in Praefat. Orat. de variarum L. L. cognit. compar. *Supersunt adhuc plerique, homines nescio indoctioresne, an impudentiores, qui resurgentibus iam studiis sunt impedimento) nimirum suae timentes tyrannidi) quique contra Pontificum* ἀνεπίληπτα *decreta, contra Hieronymi ac Augustini receptam autoritatem, contra tot Principum instituta, immo contra communem sensum, L. L. studium conviciis etiam ex publico suggestu incessunt.*

33) Ex Scholae Thomanae Rectore, S. S. Theol. D. et P. P. *Ioa.* FELLERI rediviva Casp. Borneri memoria p. 23.

34) *Henr.* STROMERUS in Paneg. Pet. Mosell. dicto: *Audivit hunc Agrippina Colonia pene puerum utriusque literaturae grammatica rudimenta docentem. Suspexit hunc ibidem Sophistarum schola argutantem, eum admirata est iuventus iuvenem, Aristotelicam Philosophiam, reiectis iam Sophistarum neniis, syncerius tractantem.*

35) *Franc.* IRENICUS in Exegesi German. p. 45. *Denique Germaniae omnis Athenaea iam longe lateque nil nisi Graeca sonant. Praeest Museo Lipsiensi Mosellanus ille, in Graecis* εἰς ἄκρον ἑλληνικῶς, *qui ductu Aristophanis, poëtae Graeci, Lipsienses praestantiori linguae restituit.*

36) In praefat. *Quia Illustriss. Princeps meus Georgius, Saxonum Dux magnificentissimus, studia nostra in hoc sua fovet munificentia, ut Lipsica haec academia iam ante Latinis artibus, quantum fieri potuit, florentissima, nunc nostra opera Graecis quoque studiis illustretur, operae precium visum, Comoedias aliquot in hoc selectas studiosae iuventuti publice enarrare.*

37) LUCIANI dialogi duo, Charon et Tyrannus, *Pet.* MOSELLANO interprete. Hagen. ex Acad. Anshelm.

Anshelmiana anno MDXVI. imprimendum curavit. LUCIANI quosdam Dialogos,[37] ISOCRATEM de bello fugiendo et pace servanda,[38] BASILIUM de vita solitaria[39] GREGORII, NAZIANZENI opera nonnulla[40] et AGAPETUM,[41] summa elegantia Latine convertit. Erat enim in eo insignis Latini sermonis peritia, et in dicendo singularis facultas,[42] quod vel orationes, altera de variarum lingvarum cognitione paranda,[43] altera, eademque notissima, de ratione disputandi in re theologica,[44] qua celeberrimum illum conflictum, sacrorum causa, aperuit, testantur. Hinc ad Scholas eius tantus non iuvenum modo, quos instauratae doctrinae novitas trahebat, sed monachorum quoque[45] concursus, ut aemulatio inde nasceretur vicinis Academiis, Graecae lingvae doctores constituendi. Nec minori in limandis auctoribus industria versatus est, in HYGINO,[46] DIONYSIO Cosmographo, *Claudio* MAMERTE,[47] PRUDENTIO

helm. 1518. 4. Eiusdem Apologia pro iis, qui in aulis Principum degunt. 4.

38) Lipsiae ex offic. Valent. Schumanni, et Basil. apud Ioh. Frobenium 1519. 4.

39) *Henr.* STROMERUS l. c. *Mitto Basilium M. de vita solitaria, in quo vertendo tantum aemulatione superior apparet et Franc. Philelpho et Raph. Volaterrano, quanto oratio, perpetuo quasi currens, melior est fracta et interrupta.*

40) *Henr.* STROMERUS l. c. *Quid autem theologicum magis fingi potest, quam est D. Gregorii Nazianzeni vel sermo de duplici Christi generatione, vel liber de Theologia primus, ab hoc Latinitate donati.*

41) AGAPETI ad Iustinianum Caesarem opusculum boni Principis officia brevibus sententiis complectens. Lips. Val. Schumann 1520. 4.

42) ERASMUS in Ciceroniano, Opp. T. I. p. 1512. *Admiror parem utriusque linguae peritiam, ingenium candidum, dictionem vividam, floridam ac dilucidam. Nihil ab eo non erat exspectandum, nisi praepropera mors ipsum tulisset.*

43) Lipsiae ex offic. Schumann. 4.

44) ERASMUS Epist. 317. p. 323.

45) In Epist. ad Ge. Agricolam. *Praelectio Augustini miro successu a me suscepta enecat istos, qui nolunt sinceriorem theologiam reflorescere. Sunt in hac auditores nobis supra ducentos, atque inter hos monachi plus duodecim, Magistri et Baccalaurei supra viginti.*

46) Epistola ad Ioh. Vadianum, inter Philolog. GOLDASTI p. 156. *Higinum, castigatissimum mea opera, Vadianus haud dubie habebit.*

47) *Henr.* STROMER l. c. *Minutiores negligo, figuras Grammaticas, Tabulas, Paedologiam, Annotationes in Dionysii Cosmographiam, recognitionem operis Cl. Mamertis de statu animae.*

DENTIO [48] ac THEODORO. [49] Exſtant in uſum iuventutis, curae eius demandatae, Rhetoricae exercitationes, [50] de Schematibus et Tropis libellus, Paedologia denique, [51] quibus emeruit, ut publicis tabulis eius memoriam poſteritati commendaret Senatus Urbis, qui ex hac una re maximam laudem capere ſtudebat, ſi foveret et acueret ingenia, utque ſuus litteris honor conſtaret, provideret.

CONSULES SENATUSQUE LIPSIENSES OMNIBUS ET SINGULIS HAS TABULAS INSPECTURIS, SALUTEM.

Plato divinae ſapientiae homo eam rempub. optime inſtitutam putat, quae primam curam pueris ad optima quaeque, hoc eſt, literas, et virtutes prouehendis impendit. Non aliter, inquit, ac gnavi agricolae teneriores plantas primaria opera obſervant. Deinceps vero et reliquas non negligunt. Neque id iniuria. Siquidem ut tenellis plantis, niſi accurate circumſepiantur, facile nocuerit, vel auſter inimicus, vel petulcum pecus, vel etiam pecudibus nonnunquam petulantior homo: ita prima illa aetas infirma, et per hoc in qvamvis partem ſequax, niſi recta inſtitutione ducatur, levi momento in omne ignorantiae vitiorumque genus ſenſim cum aetate adoleſcit. Quare divus Hieronymus parentes ad diligentem librorum educationem vocans graviter, inqvit: Non parvi eſt apud Deum meriti, bene liberos educare. Haec omnia nos perpendentes, nihil, quod ad hanc curam adeo ſalubrem ſcimus pertinere, negligimus.

48) *Georg.* FABRICIVS in Praefat. ad Poëtas Eccleſiaſt. p. 8. *Noveram autem e Poëtis Chriſtianis, excepto Prudentio, neminem, neque eum magni feciſſem, niſi Lipſiae audiviſſem Caſp. Bornerum, hymnos eius interpretantem eruditiſſime, quam lectionem, a V. C. Petro Moſellano ſibi quaſi per manus traditam, fideli poſſeſſione ad uſum publicum multos annos tenuit.*

49) In Epiſt. ad Geor. Agricol. *Theodorum emaculatum mitto.* Theodorum Gazam, cuius Grammatica, conſtituto a GEORGIO, Duce, ſtipendio, in Academia anno 1519. explicari coepit.

50) Argentor. 1534. v. CAMERAR. praef. ad Theon. Soph.

51) Ex officina Mel. Lotteri 1518. et 1520. 4.

gligimus. Immo quidquam, quoquo ſaltem modo iuvandae iuventuti datur, hoc ſingulari quodam favore complectimur. Itaque cum Petrus Moſellanus in hac laudatiſſima civitatis noſtrae academia publicus utriusque lingvae profeſſor, praeter alia multa ſtudioſis non inutilia, multorum rogatu et Dialogos quosdam, loquendi formulas complexos, in puerorum uſum conſcripſerit, id quod ipſe nobis coram expoſuit, ac alia poſthac non minus frugifera forte ſit compoſiturus, quo ſentiat, ſuum ſtudium nobis probari, pariter et ipſe ingenii ſui labores amplioribus conditionibus poſſit publicare. Mandamus omnibus et ſingulis typographis, ac ſimul bibliopolis, ne quisqvam in hac noſtra civitate intra quatuor annos, a ſingulorum operum editione computandos, primariam editionem ſine auctoris ipſius conſenſu imitetur, neve eadem opuſcula, aliunde advecta hic venditet. Quod ſi quis inordinata lucri cupiditate impulſus, contra hoc noſtrum ſecretum fuerit auſus, ſciat, ſe in gravem cenſurae noſtrae mulctam incurriſſe. Quam quidem nobis pro noſtro atque item authoris ipſius arbitrio dictandam reſeruamus. Datae in curia noſtra urbis Lipſenſis prid. Calendas Octobris.

ANNO MDXVIII.

Verum non ea contigit Academiae felicitas, ut a viro, principibus ingeniorum, HUTTENO, *Gvil.* BUDAEO, ERASMO, aliis, cariſſimo, diu illuſtraretur. Annum agens trigeſimum primum, Graecis et Latinis litteris, quas ſumma cum laude ornabat, in communi Principis, et bonorum omnium dolore, praematura morte ereptus eſt. [52] Poſt MOSELLANI obitum, de

52) GEORGIUS D. S. in Epiſt. 680. ad Eraſmum. p. 801. *Moſellanus noſter diem ſuum obiit, ſed nimirum ante diem. Fuit enim is vir ſummum Lipſienſis gymnaſii decus. Atque utinam Deus ita comparaſſet, ut ille diutius meam liberalitatem experiri potuiſſet: certe vix quicquam optatius mihi acceſſurum fuerat: ſed cum aliter de eo ſtatuit, neceſſe eſt, aequo animo feramus eius mortem; demusque operam, ut aliquem in ipſius locum ſuggeramus, qui et ipſe Academiam meam Lingua Graeca et Latinis litteris illuſtret, et noſtrae terrae homines ad virtutum et officiorum munera inſtruat.* Addo hic elegantiſſimum epitaphium, a *Iulio* PFLUG, diſcipulo eius, poſt Numburgenſium Epiſcopo, ipſi poſitum:

Con-

de Viro, qui ei muneri praeficeretur, consilia agitata sunt. *Jacobus* CERATINUS, quem non eximia minus eruditio, quam ingenii probitas et modestia singularis commendabant, ERASMI consilio in Academiam evocatus est. Antea Tornaci ac Lovanii Graecam Lingvam professus[53] erat, et habebantur in pretio libellus de Sono Litterarum, et Animadversiones, quibus Lexicon Graecum Basileense illustraverat.[54] Minus tamen GEORGIO gratus exstitit, forte, quod a LUTHERI partibus non satis abhorrere videretur.[55]

Haec fere sunt magna illa nomina, quorum virtute ex nostris finibus barbaries profligata, quorum ingenio ac consilio demortua studia primum excitata fuerunt. Successit iis, non longo intervallo, *Ioachimus* CAMERARIUS, Vir Summus, et in quo laudando omnes certarunt. Eius aetate *Valentini* PAPAE et *Ernesti* VOEGELINI accurata et solerti industria effectum est, ut eorum editiones Aldinis et Iuntinis a quibusdam aequiparentur. Hic inprimis, sicut pulcherrimis Latinis typis cum omnibus sui temporis impressoribus de principatu contendere poterat:[56] ita in Graecis potissimum, quid typographica ars producere posset, videtur esse expertus. Ut e plurimis pauca producam, ISOCRATIS opera a *Richardo* EMELIO edita,[57] APHTHO-

Conditus exiguo iacet hic sub marmore Petrus,
Nobile cui nomen clara Mosella dedit.
Attica quo primum hic audita interprete Lingua est,
Cum docuit Graio Teutonas ore loqui,
Et Latiae veterem Linguae revocavit honorem,
Nativumque illi reddidit ore decus.
Ipsius eloquium vivo Cicerone probasset,
In medio quondam Roma diserta foro.
Magna etiam coluit pietate oracula Christi,
Et sanctis studiis consona vita fuit.
Ipse sua vivens quod spe votisque petebat,
In gremio ut vivat, da, Bone Christe, tuo.

Alia occurrunt inter *Eur.* CORDI poëmata p. 349. Exstat etiam *Henn.* PYRGALLI in mortem *Pet.* MOSELLANI carmen, Lipsiae 1525. impressum.

53) ERASMUS in Epistolis p. 667.

54) Idem l. c. p. 802. 55) l. c. p. 1056.

56) Peculiare quid tentavit in *Ioa.* CAMERARII Commentatiuncula, non esse ex eventis actionibusque hominum de consiliis pronuntiandum 1572. 8, minutis typis impressa.

57) Anno 1567. 8.

APHTHONII Progymnaſmata a CAMERARIO illuſtrata,[58] THEOPHRASTUS[59] *Ereſius*, et inprimis Novi Foederis libri in membranis[60] excuſi, tam pulchra, tam ſplendida, tam emendata artis ſpecimina ſiſtunt, ut nihil in eò genere abſolutius unquam me vidiſſe, meminerim. Hinc ERASMO vix adeo acceptus fuit AMERBACHIUS, quam CAMERARIO typographus ſuus: cuius favoris documentum eſt privilegium, quod ipſe de libris ſuis ab Imperatore acceperat,[61] huic liberaliter impertitum. Inſtitores eius, *Joh.* RHAMBA, *Andr.* SCHNEIDER et *Joh.* STEINMAN in eadem palaeſtra deſudantes, magnum numerum optimorum ſcriptorum, *typis Voegelinianis*, ediderunt.[62] Caeterum meritis ſuis parum dignam nactus eſt fortunam, cum turbis religionis cauſa excitatis implicitus, exul his terris excedere cogeretur. Famae ſuae heredes nactus eſt filios, *Gotthardum* inprimis, qui Lipſiae, poſt Heidelbergae, arte et induſtria ſua clarus evaſit.[63]

Inſequenti Seculo typographi Lipſienſes, ſecuti omnium fere Germanorum negligentiam, multum de illo nitore amiſerunt. Bellum difficile ac diuturnum, ut finibus noſtris ſolitudinem, ita ſtudiis exitium minari, exiguus artibus honor haberi, priſtina imperitia rurſus ingruere. Pace tandem reipublicae reddita,

58) Aphthonii libellus Progymnaſmatum i. e. praeparantium exercitationum in Sermonem Latinum converſus, Graeco ſcripto et exemplis plurimis additis. Lipſ. 1570. 8.

59) Libellus Theophraſti continens notas atque deſcriptiones morum quorundam vitioſorum, converſus in linguam Latinam, et annotationibus illuſtratus a *Leonh.* LYCIO. Lipſ. 1561. 8.

60) Anno 1595.

61) *Ioach.* CAMERARIUS epiſtola ad Euſeb. Menium, praef. Sabini poëmatibus: *Equidem autor ac hortator fui Erneſto noſtro, ut in ſua officina iterum exprimendum librum hunc curaret, quo etiam meliori cum ſpe elaboratio huius libri ſuſciperetur, ius privilegii de talibus ſcriptis mihi aliquando impetrati, impertiendum typographo putavi: non minus merentibus hoc monumentis ſoceri tui, quam ullius alterius, eorum quoque, quibus antiquitas autoritatem addidit.*

62) Ampliſſ. GOETZII Progr. de Biblioth. Senatus Lipſ. p. 6.

63) Excudendis Marqu. Freheri, Dionyſ. Godofredi, Chriſtoph. Gewoldi, ICtorum, pleriſque operibus. Meminit eius *Leo* ALLATIUS ad Fragm. Etruſca Inghiramii. p. 124.

ta, incaluerunt animi, et intermissa diu ac neglecta studia repetierunt. Fervebant tunc prela in IOSEPHI,[64] ORIGENIS,[65] EPIPHANII,[66] IULIANI Imperatoris[67] operibus recudendis, in quibus vero ob chartae immunditiem, deformitatem characterum, correctorum negligentiam, nihil, praeter voluntatem, pro viribus iuvandi litteras, laudem aliquam merere videtur.

Quicquid tamen in eo, sua minus, quam temporum culpa, vitii contraxerant operae nostrae, id praesentis aetatis solertia egregie emendavit. Aperuerant *Ioh. Frid.* GLEDITSCHIUS, Schureriorum[68] heres, et *Thomas* FRITSCHIUS tabernas librarias, omnemque litterarium mercatum, qualis olim Francofurtum celeberrimum effecerat emporium, hic stabiliverant.[69] Uterque Latinis et Graecis voluminibus perennem in Germania, et apud exteros gloriam sibi pepererunt, et ille quidem SEXTO EMPIRICO,[70] hic PHILOSTRATORUM[71] operibus, ALCIPHRONE,[72] MAUROCORDATO de officiis,[73] Batavorum, Gallorumque praestantiae palmam dubiam reddiderunt.

CAP.

64) IOSEPHI opera cum *Tho.* ITTIGII Prolegomenis. Colon. ap. Maur. Georg. Weidemannum 1691. fol.

65) Auspiciis FRIDERICI Saxoniae Ducis. Colon. 1685. fol.

66) Anno 1682. II. Volum.

67) Cum Notis *Dion.* PETAVII et *Ezech.* SPANHEMII. Lips. 1696. fol.

68) Ex *Matthiae* SCHURERI, eruditissimi Argentoratensium typographi, posteris. *Andr.* RIVINUS in Declam. de Arte Typogr. p. 19.

69) De Nundinarum Francofurtensium celebritate vid. *Henr.* STEPHANI singulare carmen, et MALLINCROTT de Arte Typograph. p. 86.

70) Prodiit cura *Ioh. Alb.* FABRICII, 1718. fol.

71) Cum Notis *Gothofredi* OLEARII, typis Christoph. Fleischeri 1709. fol.

72) Epistolae eius, cum notis *Steph.* BERGLERI 1715. 8. lucem viderunt.

73) Cum *Steph.* BERGLERI versione 1723. 4. Plura FRITSCHIUS in Homero ac Herodoto praestitisset excudendis, si per fata licuisset.



CAP.

* *

CAPUT VI.

PROGRESSUS TYPOGRAPHIAE LIPSIENSIS AD LIBROS ORIENTALES.

Hebraicas litteras diu neglectas Ioh. Cellarius primus Lipsiae profitetur. Phil. Novenianus et Ant. Margarita eas promovent. Syriaca Liturgia ex Cod. Bibl. Senatoriae edita. Excursus de Typographiae Arabicae in Germania fatis. Rutg. Spey, Pet. Kirstenii, et aliorum conatus. In Turcica, Persica, Armenica et Coptica lingua Typographiae Lipsiens. tentamina. Conclusio.



Multum incrementi Graecis Latinisque litteris Typographia Lipsiensis attulerat, iam novum religioni et splendidum lumen per eam exoriebatur. Hebraica Lingva ab HIERONYMI fere aetate neglecta ac pene deperdita erat; nisi quod sacros quosdam ordines aliquid operae, in ea excolenda, posuisse, paucis vestigiis compertum habeam. *Richardus* BURY, (aut quisquis est Monobibli a GOLDASTO editi autor, [1]) discipulos suos ad Graeca et Hebraica, suo consilio, animum appulisse, [2] testatur. Dominicanis in Hispania, quod in celebritate infidelium versabantur, orientales lingvas Provincialis quaedam Synodus commendat. [3] Salmanticae etiam, Viennensis Concilii autoritate, anno MCCCXI. publice doceri coeperunt. [4] Praeclari vero conatus, et laude digni

1) *Tho.* HEARNE in Notis ad T. II. Collectaneorum LELANDI p. 299. Rob. *Holcot* autorem eius facit.

2) *Quamobrem Grammaticam tam Graecam quam Hebraeam nostris scholaribus providere curavimus, cum quibusdam adiunctis.* cap. X. p. 458.

3) Acta Selecta Capit. gener. Ord. Praedicator. (Thes. Anecd. T. IV. p. 1849.) *Concedimus provinciae Hispaniae tres domos, item in eadem provincia fratribus de natione Cataloniae unam ponendam in Zatina, ubi volumus et ordinamus, ut semper sit studium in Hebraico et Arabico.*

4) Conf. *Andr.* ACOLVTHI Specimen Alcorani. p. 27.

digni, ſed quibus multa obſtabant, ut intra anguſtos terminos illa ſcientia ſubſiſteret. Doctorem lumenque hae litterae diu deſideraverant, cum Germanis *Iohannis* REUCHLINI ſtudio tandem innoteſcerent, qui multis praeſtantiſſimis ingeniis, ad ingrediendam earum rationem, princeps exſtitit. Illum ut audiret, *Iohannes* CELLARIUS,[5] *Gnoſtopolitanus*, multa itinera obiit, et voti tandem compos, in eius diſciplinam ſe tradidit:[6] cumque celeriter omnibus antecelleret, Lipſiam a GEORGIO Duce acceſſitus, plurimos auditores nactus eſt. Ex operibus, quibus lingvam illuſtravit, multis et variis,[7] nullum Lipſiae impreſſum eſt: *Valentinus* tamen SCHUMANN, ut Graecam ſua induſtria eruditionem adiuvit, ita hic, quid improbus labor efficere poſſet, primus omnium apud nos tentavit. Anno MDXX. quo *Franciſcus* TISSARDUS, primum in Gallia Hebraicae typographiae ſpecimen produxerat,[8] *Phil.* NOVENIANI Elementale, non fuſis, ſed ligno rudi artificio inſculptis characteribus excudit, his verſibus a CELLARIO commendatum:[9]

En meus ille tibi, Lector ſtudioſe, Philippus,
Lingvae iam peperit pignora prima ſacrae.
In cuius partu Pallas Lucinaque diva
Adſuit, et plenam contulit artis opem.

Illius

5) De vita eius ſingulari libello commentatus eſt *Chriſt.* SCHLEGELIUS.

6) CELLARIUS in Reſponſ. ad apolog. P. SUAVENII. *Ioh. Reuchlinus, praeceptor meus nunquam poenitendus, quem ut audirem, atque coram viderem, multa itinerum pericula obivi, eumque tandem Cellae Bacenarum in Thermis Harciniis deprehendi.*

7) Ea recenſentur a *Phil.* NOVENIANO in Praef. Element. Hebraici, et SCHLEGELIO l. c.

8) CHEVILLIER P. III. Cap. IV. p. 292.

9) Elementale Hebraicum, in quo praeter caetera eius linguae rudimenta, declinationes et verborum coniugationes habentur, omnibus Hebraicarum litterarum ſtudioſis non tam utile quam neceſſarium, *Philippo* NOVENIANO, *Hasfurtino*, autore. 4.

10) Pſalterium Hebraicum cum radicibus in margine, cui acceſſerunt aliquot capita ex Evangelio Matthaei verſa, veluti Progymnaſmata. Laus ſit miſericordi Deo, qui ab initio ad finem uſque adiuvit. Abſolverunt orationem David, filii Ieſſe, cuius germini obtulerunt munera. Ab orbe condito 5293. M. Maio

Illius ergo legas politissima scripta, nec unquam
Te studii poterit poenituisse tui.

Sed longe haec multumque ars et diligentia *Melchioris* LOTTERI superavit. Prodiit anno MDXXXIII. ex officina eius psalterium Hebraicum, pulcherrimis, quales Frobenius adhibuit, typis impressum,[10] addita praefatione, qua *Antonius* MARGARITA, (is a Iudaeis ad nos transierat) et utilitatem suscepti operis, et difficultatem ostendit, quae tanta tum erat, ut ipse typos colligere, et in lineas disponere cogeretur.[11]

Sequenti Seculo, quamvis diuturnum bellum alia plane studia poscere videretur, typographia Lipsiensis, ut leviora omittam, splendidissimum, sive emendationem, sive litterarum nitorem spectes, bibliorum codicem iussu et sumtibus IOH. GEORGII I. Electoris;[12] in Rabbinicis vero ABARBANELIS in priores prophetas commentarium[13] emisit. Nostris autem temporibus quanto in precio sint Hebraicae litterae, tres antiqui foederis editiones egregiae, et omnibus numeris absolutae testantur, quae, dum haec scribimus, BREITKOPFII, diligentissimi librorum excusoris, prela exercent.

Cognata Lingvae Sanctae Syriaca est, characteres, Hebraeorum cursivi putantur.[14] Germanis per *Io. Albertum* WIDMAN-

STA-

M. Maio D. III. Lipsiae in aedibus *Melch.* LOTTERI per *Ant.* MARGARITAM, genere Israëlitam, 1533. 8.

11) *Etsi vero ipse in officina chalcographi literarum typos congesserim, qui novi et recentes facti sunt, constentque literae seorsim et puncta seorsim, et quanquam periculum his ante non fecerim, spero tamen Dei benignitate effectum, ut haud facile quicquam in hoc libello reperiri possit, quod merito erroris appellatione dignum videatur. Typi vero et puncta eiusmodi sunt, ut quemadmodum ipse liquido cernis, culpam non agnoscant.* in Praefat. Hebraico-Latina.

12) Biblia universa et Hebraica quidem cum Latina interpretatione Xantis Pagnini, Lucensis, Benedicti Ariae Montani, Hispalens. studio ad Hebraicam dictionem expensa. Lips. 1657. fol.

13) Cum *Aug.* PFEIFFERI praefatione, litteris Iust. Brand. 1686. f.

14) *Ioh. Albertus* WIDMANSTADIVS in Element. Syriac. *Constare autem ex Elementorum huiusmodi pictura existimo, Syriacos characteres scribendi celeritate ab Hebraicis, Assyriis iam olim defluxisse.* Osservazioni Let-

STADIUM, ICtum et provinciarum Austriae Orientalis Cancellarium innotuit, qui FERDINANDI Imperatoris auspiciis et munificentia Novum Testamentum et Grammaticam Viennae anno MDLV. edidit,[15] rarissimum opus, et magnum, ob singularem praestantiam, bibliothecarum ornamentum. Lipsiae S. Iohannis Epistola, iam superioris Seculi anno XXXII. Syriace et Latine prodiit.[16] REINECCIANA quoque Novi Foederis editio, quae in Bibliis quadrilinguibus anno MDCCXIII. impressis, exstat, nitida satis et emendata est. Ante hos vero viginti annos Cl. CLODIVS Liturgiae Syriacae specimen emisit[17] ex vetusto et eximio Codice Bibliothecae Amplissimi Senatus, quondam Wagenseiliano, unde Celeb. BAYERUS quoque nonnulla produxerat.[18]

Cum apud Arabes Musarum sacra, Sec. VIII. et IX. in Europa plane deserta, in pretio,[19] Graecorum libri Calipharum quorundam iussu in vulgarem sermonem translati fuerint:[20] iuvat, paulo altius Lingvae inter Germanos fata repetere. *Rutgerus* SPEY, Pastor *Bopardanus*, in digerendis orientalibus libris Bibliothecae Heidelbergensis occupatus, plurimos invenerat Arabice exaratos.[21] Statim animum subibat, neglectam apud nos Lingvam iacere, eius cognitionem, ad aequandam exterorum

terarie T. II. p. 18. *Sarebbe adunque il Siriaco un corsivo degli Ebrei, e non é maraviglia, che il veggiamo si diverso, niente men diverso essendo l' antico corsivo de Latini dal lor maiuscolo, tal che tutti finora hanno creduto, che quel carattere da Goti, o da Longobardi, o da altre straniere nazioni fosse stato inventato.*

15) *Regiis Impensis. Caspar Craphtus Elvangensis, Svevus, Characteres Syros ex Norici ferri acie sculpebat. Michael Cymbermannus prelo et operis suis excudebat.* Exstat in Biblioth. Senatoria.

16) *Iac. le* LONG. Biblioth. Sacrae T. I. Cap. II. p. 108.

17) Literis Bern. Christoph. Breitkopfii 1720. 4. Conf. Acta Eruditorum h. a. p. 529. s.

18) De Eclipsi Sinica p. 17.

19) Catalogum librorum, qui apud Arabes exstant, apud Graecos perierunt. v. in Append. Epistolar. R. HUNTINGTONI. p. 89. s.

20) *Ol.* CELSIUS in Dissertat. de Literat. Arab. p. 67. s. 70.

21) Praefat. in Lib. I. Grammat. p. 13. *Non parum me incitavit industria non levis Petri a Selaw, qui nostris sumtibus, ad modum a nobis, Arabica etiam cum punctis omnibus recte imprimendi, inventum ipsique praescriptum, typos seu figuras litterarum metallo incisas sculpsit fuditque.*

rum praestantiam, Germanis unice deesse. Difficulter superatis, quae obstabant, impedimentis, Epistolam ad Galatas Arabice conversam, cum primis Lingvae Elementis, Heidelbergae *typis Iac.* MYLII, an. MDLXXXIII. emittebat: praefixa ad Electorem Palatinum Epistola, qua instauratam a se litteraturam eius munificentiae provehendam commendat. Tentamina haec, profecto non infelicia, longissimo intervallo reliquit, *Petrus* KIRSTENIUS, Medicus Vratislaviensis, qui, cum magnis sumtibus characteres curasset fundendos, Grammaticam Giarumia Latine conversam, et quatuor Evangelistarum vitas, industriae suae primitias, anno MDCVIII. in patria urbe evulgavit.[21] Haec quidem simplicioribus typis: insequenti vero anno ligaturas,[22] quas vocant, adhibuit in Decade Carminum Arabicorum, et Lib. II. Canonum AVICENNAE, (quos, cum prior editio vitiis scateret,[23] ad MSCtum Codicem a Ducibus Saxoniae[24] ex Terra Sancta allatum emendaverat) tam nitide impressis, ut Mediceis illis typis non modo pares sint, sed multo etiam superiores. Pertinebant haec studia ad sempiternam Germaniae gloriam, et iis egregie viri eruditissimi favebant, quorum Iudicia et Elogia singulari libello, Lipsiae excuso continentur.[25] Ipsi typi, quos Upsaliam vocatus secum abstulerat, post eius obitum

 Aca-

que. Hos non solum Romanis pares esse, sed superiores, apparet. Tria horum characterum specimina emisit anno 1608. et aliud, sequente anno, folio patente.

22) Praefat. Decad. Sacrae p. 3. *Quae mea praepropere edita opuscula cum iudicium facerent, minus eleganter et exquisite his simplicioribus typis scripta Arabica imprimi posse, sed necessario requiri typos etiam compositos, quos vulgo Ligaturas vocant, coactus sum etiam hactenus priori longe difficiliorem magisque sumtuosiorem aggredi typorum procurationem. Haec quot, quantasque mihi crearit molestias, etiam publica huius charissimae Patriae non ignorant Iudicia.*

23) Romae ex Typogr. Medicea 1593. f. Quam editionem, cum EUCLIDE, IV. Evangeliis, et EBNEDRISI, quem Geographum Nubiensem vulgo vocant, iisdem typis impressam, servat Bibliotheca Senatoria.

24) Magnis Arabicae litteraturae Mecaenatibus. Iudic. de KIRSTENII laborib. *Optarem tibi Alexandrum aliquem Magnum, vel Augustum, sive illum Romanum, sive istum Saxonicum, qui subsidia munifica et liberalia suppeditarent pro exantlandis hac in parte sumtibus.* Conf. KIRSTENII Praef. ad Vitas Evangel. p. 3.

25) Iudicia e multis quaedam Virorum

Academiae cesserunt.[25] Multos praeclari Viri conatus excitabant, inter quos *Ioh.* FABRICIUS, *Dantiscanus*, specimen Arabicum, EL-HARIRII et aliorum inedita opuscula continens, Rostochii an. MDCXXXVIII.[27] Wittebergae vero *Aug.* PFEIFFERUS, *Andr.* SENNERTUS, *Ioh. Ernest.* GERHARDUS utilissimos quosdam libellos ex typographia Lingvarum orientalium W. FINCELII emiserunt.[28] Omnibus tamen, ut ACOLUTHI et HINCKELMANNI praestantissimos conatus omittam, palmam haud dubie eripuisset *Ioh.* ZECHENDORFFIUS, qui intactum aliis opus Corani edendum moliebatur, eiusque specimen, Eclogas Mohammedicas et Commentatoris Arabis explicationem[29] Cygneae evulgabat, quo magnam sibi et in Germania et apud exteros famam peperit. At Lipsia quoque dedit, cui ob singularem nitorem Galli, cui Batavi invidere possent, Iosephi fabri lignarii Historiam, a *Georgio* WALLINO, eruditissimo Sveco, Parisiis in Regia Bibliotheca descriptam, et in TAKKII officina impressam:[30] ut HARIRII, celeberrimi inter Arabes oratoris, consessus quosdam, ante aliquot annos a *Ioh. Iac.* REISKIO editos, nunc non memorem.

Turcica Lingva magis a Germanis, quam ab ullo eruditioris Europae populo exculta fuit, quod vel vastum *Franc.* MENINSKII

rum Reverendorum et Clarissimorum Virorum de laboribus *Petri* KIRSTENII, *Vratislaviensis.* Lips. 1611. fol.

26) *Ioh.* ALNANDER in Historiola Artis Typograph. in Suecia (Upsal. 1722.) Cap. IV.

27) Typis haeredum Richelianorum. 4.

28) *Andr.* ACOLUTHI Specimen Alcorani p. 32.

29) Ex officina Mich. Goepneri Cygneensi, 1626. 4. 30) An. 1722. 4.

31) KIRSTENIUS in Praefat. *Transmisit nuper ad nos Hieron. Megiserus praesentem hanc succinctam et eruditam Isagogen Orthographiae Turcico-Arabicae, petiitque, ut haec typis nostris Arabicis in publicum ederetur.*

32) Prodiit eius Specimen ex Historia Litteraria Orientali de nonnullis Historicis ac Geographis Arabicis, Persicis, Turcicis. 1723. 4to. Compendiosum Lexicon Latino-Turcico-Germanicum, cum Grammatica Turcica 1730. 8. Idem Theologiae Mahometanae Systema, et excerptum Sonnae ex Cod. MS. rarissimo et elegantissimo Bibliothecae Ampliss. Senatus Lipsiens. pollicitus est. Biblioth. German. T. XIII. XXV.

33) Edidit KEHRIUS Monarchiae Asiatico Saracenicae, qualis VIII. et IX. Seculo fuit, Historiam ex Numis Argen-

SKII opus abunde testatur. Primae eius institutiones Lipsiae per *Hieron.* MEGISERUM, Historicum IOH. GEORGII I. Electoris, [31] *Petri* vero KIRSTENII typis, an. MDCXII. editae, et MATTHIAE Regi Hungariae consecratae fuerunt. Nostra aetate Clarissimi Viri *Io. Christ.* CLODIUS [32] et *Ioh. Georgius* KEHRIUS [33] eam illustrare, variis operibus aggressi sunt, quibus nuper *Nic. Guill.* SCHROEDERI, iuvenis eruditissimi, cura, Turcicae Bibliorum versionis specimen accessit [34] Neque Persica, quorum inter Germanos *Wil.* SCHICKARDUS et *Geor. Hieron.* WELSCHIUS, Medicus Augustanus, [35] instauratores habentur, eiusdem KEHRII industria, plane ignoramus. [36]

Armenicae litterae, quas nullus Germanorum hactenus attigerat, typographiae nostrae beneficio primum innotuerunt. *Andreas* ACOLUTHUS, vir, ut reliquarum orientalium, ita huius inprimis peritissimus, Obadiam [37] ex splendidissimo Sacri foederis codice apud Batavos excuso [38] excerptum, primum Armenicorum characterum specimen, cum versione et notis suis, produxit. Eandem certe et sibi et patriae gloriam peperit, quam fratres WHISTONI Britanniae, cum historiam MOSIS *Choronensis*, cuius in Bibliotheca Amplissimi Senatus pulcherrimus

 Codex

Argenteis prisca Arabum scriptura Cosica et nuper in littore maris Balthici effossis. 1724. 4. Nunc Petropoli L. L. Orientalium interpretem agit. Conf. Biblioth. German. T. XXX.

34) Quatuor prima capita Geneseos, Turcice et Latine ex gemino Pentateuchi Mosaici MSS. Codice Turcico eruit *Nic. Guil.* SCHROEDERUS. Lips. litteris Takkianis 1739. 4to.

35) Commentarius in Ruzname Naurus, sive tabulas aequinoctiales novi Persarum ac Turcarum anni, nunc primum editae e Biblioth. *Geor. Hier.* WELSCHII. Aug. Vind. 1676. 4.

Idem litterariam Turcarum Historiam COSMO, Magno Etruriae Duci dicatam, MS reliquit.

36) Prodiit: Monarchae Mogolo Indici, vel Mogolis Magni Aurenk Szeb Numisma Indo Persicum, illustratum a *Georgio Iacobo* KEHR. Lipsiae 1724. 4. mai.

37) Obadias Armenus, quo exhibetur primum in Germania Specimen characterum Armenicorum in celeberrima academia Lipsiensi procuratorum a M. *Andrea* ACOLUTHO. Lipsiae typis Iust. Brandii. 1680. 4to.

38) Hic cum ACOLUTHI Codd. MS.

Codex adſervatur, [39] primum in Armenicis tentamen haud ita pridem emitterent. Neque Copticos typos noſtris officinis ignotos eſſe, Grammatica illa *Chriſt. Gotth.* BLUMENBERGII, an. MDCCXV. impreſſa teſtatur. [40]

* * *

Haec de Typographia Lipſienſi, et litterariis Urbis ſtudiis, cum nec ſatis eſſent nota, et cognitione digniſſima viderentur, commentari placuit. Lipſia, ſtatim a temporibus conditae Academiae, magnorum ingeniorum theatrum fuit. Certatim ab exteris, quos aut fama loci, aut honor, qui litteris habebatur, aut munificentia Principum invitabat, advenerunt. Quamvis etiam inveterata barbaries eorum conatibus non raro impedimento eſſet: tamen in his, vel aſperitatibus rerum, vel anguſtiis temporum obſecuti ſunt ſtudiis ſuis, ac ſcientias a longa velut captivitate reduxerunt. Hac ipſa aetate Academia Lipſienſis aliarum per Germaniam mater fuit, et Ingolſtadium, Wittebergam, Ultraiectum ad Viadram nobiles colonias deduxit. Longum ac difficile foret enumerare, quot Principes, quot Epiſcopi, quot Praeſules tirocinii rudimenta ibi poſuere, quot Viri, quanta in ſuis ſtudiis varietate ac copia fuerunt. Vel ſuperiori ſeculo, cum turbulentiſſimae tempeſtates in Urbe exortae eſſent, *Tho.* REINESIUS, *Caſp.* BARTHIUS, *Iac.* THOMASIUS, Viri qui pene infinitam vim ſcientiae cogitatione complectebantur, ab interitu recta ſtudia vindicarunt. In illo autem librorum proventu, et luce, quae hodie litteris exorta eſt, quales exſtiterint in omni ſcientiarum genere eruditorum Lipſienſium conatus, me tacente, ephemerides loquuntur. Patent ipſis Bibliothecae ſplendidae, optimis libris refertae, et, ſicut illa POL-

LIO-

MS. et aliquot Armenicis *Guil.* PICKESII, Doctoris Sorbonici celeerrimi, ad eum Epiſtolis, exſtat in Biblioth. Senatus Lipſienſis.

39) WHISTONIORUM Praefat. p. XXI.

40) *Chriſt. Gotth.* BLUMENBERGII Fundamenta L. Copticae. Lipſ. 1716. 8vo.

LIONIS, quasi respublicae ingeniorum. Typographiae eadem fere, quae eruditionis, fata ac vicissitudines fuere. Cum paulo serius innotesceret urbi, non Legenda Sanctorum, aut difficiles Scholasticorum ineptias procudendo, bonas chartas perdidit: nihil fere, nisi delecta veterum et recentiorum autorum opera, emendate satis, ac nitide, ut pro illa aetate, emisit. Processu temporis ad maturitatem suam progressa, nobili quodam ardore egregia litteris incrementa attulit, et ipsa pulchrior longe et perfectior evasit. Ea sane laus, quamvis aliquando non parum imminuta sit, huic aetati propria esse videtur. Habemus certe solertissimos ac elegantissimos librorum excusores, qui pro virili doctorum labores promovent, typorum vero nitore et praestantia satis feliciter exteros aemulantur.



EX-

EXCERPTUM

DE VIRIS ILLUSTRIBUS, QUI EX ACADEMIA LIPSIENSI, AD ECCLESIAM AUT REMPUBLICAM ACCESSERUNT.

Ex Conr. Wimpinae Oratione, qua Melchiori Episcopo Brixiensi purpurati Ro. Ecclesiae dignitatem gratulatur: habita coram Universitate studii Lipzensis Anno MDIII.

Fuerunt, (fatemur enim) qui Lipzensem hanc Academiam diversis doctrinarum generibus erudiendo, interpretando, et ampla etiam in diversis facultatibus volumina post se relinquendo, plurimum venustaverunt. Fuit nempe (ut ex paucissimis pauciores commemoremus) *Iohannes* ille MONSTERBERG, primus studii nostri Rector, qui totam pro eruditione iuventutis Aristotelicam philosophiam tersissimis commentariis illucubravit.[1] Fuit *Nicolaus* ille STOER, *Lignicensis*, qui amplo volumine Canonem Missae digesserit.[2] Fuit *Andreas* item *Crossensis*, qui et in philosophiam Commentarios edendo, atque in sententias scribendo,[3] ingenium suum quam maxime memorabile effecerit. Fuit *Helmoldus* ipse, qui, medica insignis et philosophia, ampla quoque post se in Medicina Commentarios reliquit.[4] Nec defuit ex iuris peritis *Iacobus* ille RADWIZ, *Ihenensis*, qui cum Panormitano in Italia promotus,[5] nec pauca in ipsa iuris scientia (cuius ordinariam gessit) volumina post se scripta reliquit. Fuit eius professionis *Arnoldus* ipse WESTVVAL, patria *Lubecensis*, qui cum diutius et legendo et multa etiam scribendo, nomen suum quam memorabile reddiderit in Episcopum patriae urbis est postulatus.[6] Mitto clarissimum illum et iuris

1) Opera, quibus philosophiam Aristotelis illustravit, indicem exhibet Anonymus Maderianus. Nu. I.

2) L. c. Nu. II. *Epositio eius super officium Missae* MS. exstat in Biblioth. Academicae. *Ioa.* FELLER. in Catal. MStor. p. 189. 340.

3) *Andreae* DE GERSDORFF, *Crossensis*, vitam et operum indicem v. ap. Anon. Mader. Nu. XII.

4) *Helmoldi* DE GLODENSTEDE opera medica idem in libraria Lipzensi sua aetate exstitisse, testatur. Nu. XIII. Hodie, praeter Quaestiones duas Medicas, nihil ibi comparet. *Ioa.* FELLERUS p. 360.

5) Is, qui *Anton.* Panormitanum et ipsum supremis in Iure dignitatibus ornabat, duo se Italis et Alemannis luminaria accendere, professus est. Anon. Mader. Nu. XVII.

iuris peritum et theologum, *Iohannem* WUNSELBURG,[7] cuius amplissimam doctrinam liber ille de variis superstitionibus intitulatus hodie insinuat. Taceo *Conradum* SOLTOV, natione *Westphalum*, qui praeclaro volumine sententias Petri Longobardi illustrando,[8] claritudinem inter nostros sibi peperit immortalem. Transeo *Nicolaum* WEYGEL, cuius singulari de indulgentiis conscripta Summa,[9] Universitas haec inter reliquas palmam sibi vendicat, tanquam de hac re nusquam profusius scriptum relegatur. Transeo etiam clarissimum illum utriusque, hoc est, declamatoriae scholasticaeque theologiae Professorem, *Iohannem* ipsum PRESLAVR, multis profecto Scholasticis editionibus nostram rempublicam illustrantem.[10] Et ut inter eos, qui ingenio editionibusque suis adhuc supera vescentes aura, nostram Academiam plurimum illustrant, unum ex multis, (quorum hic quidem in Physicam, hic in Metaphysicam, alius in Theologiam hodie quoque scribendo, plurimum ornamenti studio nostro tribuunt) inter tot praeclaros commemoremus. Nonne reverendus ille in Christo pater et dominus *Balthazar*, Abbas Portensis,[11] dum in Collegio Bernardi provisorem ageret, super Canonem Missae contra Hussitarum communionem, et super aliis ingeniosissime scribendo Universitati nostrae venustatis plurimum adiecit et splendoris. Et quem ferme transissem, nonne et consummatissimus ille et philosophus et theologus, *Iohannes* ADORFF, qui posthac Ingelstadensis studii prima fundamenta iecit, super totam philosophiam commentando, nomen suum nostramque Academiam, sua tempestate, plurimum excoluit atque venustavit.[12] Sed fugeret me dies, priusquam ex millibus, ingenio et opera clarissimis, centum duntaxat cum suis illucubrationibus, quibus Lipzensem hanc scholam illustrarunt, hic ferrem sub auras. Quos omnes profecto in hoc toto occupatos esse, fuisseque, nemo ambigit, ut hanc Lipzensem Academiam summis studiis, litterarum-

6) Loc. cit. Nu. XX.

7) Anon. Maderiano est *Ioh.* WISSENBURG, Nu. XXII.

8) *Super sententias Libri IV.* l. c. Nu. XXXVIII.

9) Dignam iudicavit Cardinalis BESSARION hanc summam, quam describendam, et bibliothecae suae inserendam, curaret. l. c. Nu. XVIII.

10) Anon. Mader. Nu. IX. inter alia eius opera, *Libros IV. in Aristotelem de anima*, memorat, qui hodie in Bibliotheca Academica adservantur. FELLER. p. 361.

11) De Vita BALTHASARIS, Abbatis Portensis, commentantur Anon. Mader. Num. XXXIII. et PERTUCHIUS in Chron. Portensi p. 158.

12) An. Mader. Nu. XXXIX.

rumque monumentis quam maxime famigerabilem efficerent. Fuerunt quoque in nostra Universitate centum illos magnos revoluti per annos, ut cuique coniectabile est, non pauci, immo innumeri magnates, plebeii atque illustres, qui stemmatibus et dignitatibus plurimum nobis ornamenti sua tempestate attulerunt. Neque enim Annales nostros percurrenti, occultum esse potest, illustrissimos olim Saxoniae Duces huius nostri gymnasii alumnos extitisse: atque item illustres ad Anhalt principes, Burckgraviosque Kirchbergenses, Principes ex Oldenburg, atque Holsteinenses. Neque etiam fugit, Moguntinum aliquen Praesulem DIETHERVM [13] et RVDOLPHVM Herbipolensem, [14] IOHANNEM [15] Magdeburgensem, OLAVM Upsaliensem, [16] Archiepiscopos, hic sua legisse rudimenta doctrinae. Nolo hic, quae notissima sunt, de Eigstettensi, Bambergensi, Misnensi, Mersburgensi, Numburgensi, Brandenburgensi, Havelburgensi, Lubuzensi, Verdensi, Mindensi, Hildesemensi, Lubicensi, Wratislaviensi ac innumeris aliis recensere Episcopis, atque optimatibus, qui suo olim studio hanc Academiam frequentes illustrarunt. Mitto passim Praepositos, Diaconos, Abbates innumeros, atque diversi generis Praelatos. In confesso enim est, Comites Henneburgenses, Werthemenses, Ryneckenses, Barbienses, Svvartzburgenses, Stolburgenses, Mansfeldenses, Beiclingenses, de Gleichen, de Hohenstein, de Leysnitz, Orlemundenses, Schlickenses, Comites de Savona, de Ortenberg, atque item Barones de Schoenberg, Rysenberg, Schellenberg, de

13) DIETHERUS Comes *de Isenburg*, Ecclesiae Moguntinensis ARCHIEPISCOPUS electus an. 1459. a Pio II. Pontifice depositus est an. 1461. *Epistola eius ad Academiam Lipsiensem* et alia in hoc negotio acta MSta exstant in Bibliotheca Paulina. FELLER. p. 394. s. Cum an. 1464. ad sedem suam rediisset, Academiam Moguntiae condidit. *Nic.* SERARIUS Rer. Mogunt. Lib. V. p. 875.

14) RUDOLPHUS II. ecclesiae Herbipolensi ab an. 1466. ad an. 1495. immortali cum laude praefuit. DE LUDEWIG in Collect. Script. Herbipolens. p. 846. s.

15) IOHANNES ex Ducibus Bavariae, Episcopus Monasteriensis, postea Magdeburgensis, ab an. 1464. - 1475. WERNERUS in Chron. Episcop. Magdeburg.

16) Eundem, ut coniicio, in Academia Parisiensi operam litteris dedisse, et sub Erico Rege varias perpessum esse fortunae vices, notat Auctor Chronici Archiep. Upsaliens. a *Io.* SCHEFFERO editus p. 95. s. Conf. *Erici* OLAI Historia Suecor. Lib. V. p. 181. s.

17) Praesul erat aetatis suae doctissimus, qui variis etiam operibus posteritati memoriam nominis commendavit. Praeter ea, quae ab Anon. Maderiano Nu. XVII. commemorantur, *Geor.* FABRICIUS recenset: *Quaestiones Theologicas, Libros VI. de Officio Missae, ad Fridericum et Wilhelmum, Misniae Marchio-*

de Bickenbach, de Weyda, de Plauen, de Biberstein, de Querfurt, Geraque et Dunen, Colditz, de Ploten, et Kittlitz, immo alios innumeros stipatissime huic studio interfuisse: ut extra controversiam sit, nobilissimis hominibus hanc nostram Universitatem semper fuisse famigeratissimam. Adeo ex Collegiatis, qui ad confectam usque aetatem in eo Gymnasio delituerunt, *Iohannem* HOFFMANN [17] in Misnensium, et *Theodericum* BUCKSDORFF, [18] ac nobilem *Iohannem* DE SCHONENBERG in Numburgensem, *Fridericum* quoque SESSELMANN in Lubuzensem Episcopos delectos resciamus. Neque incognitum est, IODOCUM quendam [19] ex Collegiatura Collegii Principis, in Ossiliensem Episcopum, atque ex quodam eiusdem Collegii conventore, *Eckardo* THURKOPFF primum auditorem causarum Rotae, hinc Slesvicensem Episcopum esse delectum. Ac ex nostra, hoc est, theologica facultate, *Andream* quendam RUPERTI, natione Prutenum, patria Gedanensem, in Cardinalem S. Romanae ecclesiae custodemque arcis S. Angeli, a PIO II. fuisse creatum. Atque (ut admiratiora referam) ex quodam maioris Collegii supposito, et, quod mireris, egregii olim Theologi, D. *Thomae* VVERNHERI, scriptore mercenario, Episcopum prodiisse Pomsamiensem, cuius munificentia haec nostra universitas post decennium, duorum millium annuum obtinebit proventum. - - - Caeterum ut vulgatiora, atque ea, quae in ore omnium versantur, duntaxat commemoremus, liquet certe etiam, ex SYLVESTRO quodam divae virginis

chiones, et *Commentarium in Vincentium de fine mundi.* (Annal. Urbis Misnae, p. 58.) Eiusdem *Tractatus contra communionem Hussitarum*, scriptus an. 1431. occurrit in Cod. MS. Biblioth. Paulinae. FELLER. l. c. p. 376.

18) ICtus et Antecessor patrias consuetudines, et municipalia iura variis operibus exposuit, quae hodienum in Bibliotheca Academica ex parte adservantur. Ibidem MStae exstant: *Epistolae Ducis Friderici*, *Electoris ad papam pro D. Burcksdorff electo Episcopo Numburgensi.* FELLERUS p. 240. 318. Emendationes Speculi Saxonici, editioni, quae Lipsiae an. 1490. prodiit, additas, infra recenseo. Eaedem iam in vetustioribus quibusdam comparuerant. v. Celeb. GAERTNERI Praef. Spec. Saxon.


19) IODOCUS ille, cum in eloquentiae et philosophiae Studiis satis egregie versatus esset; tam gratus extitit BESSARIONI, Cardinali, ut ipsum perpetuo interesse iuberet disputationibus, quae in aedibus suis habebantur. Anon. Mader. Nu. XXIV. Erat enim ad Bessarionis aedes quasi perpetuus litteratissimorum hominum concursus. *Paulus* CORTESIUS in Dial. de hominibus doctis p. 42. *Huius domus quasi nutrix quaedam fuit omnium magnarum artium. Disputabant eruditi toto die maximis de rebus. Ipse grandis natu in utramque partem cum*

ginis collegiato, Archiepiscopum prodiisse Rigensem,[20] et ex clarissimo illo ICto, maiorisque Collegii Collegiato, *Paulo* VVAT, *Nurnbergensi*, breviusculis illis diebus Episcopum postulatum in Prussia Sambiensem. Quod item nuper *Stephano* cuidam GRUB, cognomento *Lipsensi*, contigit, ut primum Episcopus Troianus in Apulia, hinc vero Archiepiscopus deligeretur in Rigensi Ecclesia. Sed fugeret me annus, donec omnes percurrerem, qui penes nos suis stemmatibus dignitatibusque claruerunt atque honorem scholasticum suo splendore illustravere. Verum vincit universos hos, atque alios quosque, quos non est hic narrandi locus Reverendissimus in Christo pater et dominus noster, D. MELCHIOR Cardinalis,[21] Episcopus Brixiensis.

cum refellendo, tum probando respondebat.

20) Anon. Mader. Nu. XXIII.

21) Experta erat Academia Lipsiensis insignem MELCHIORIS Cardinalis, et Episcopi Brixiensis munificentiam. Quatuor scil. florenorum millia, ut commodius, et maiori quadam cum dignitate bonis studiis operam navare possent publici doctores, honestis stipendiis, quibus dotata erat, sua sponte addiderat. REUSCHII Epist. Apol. contra Lipsiomastigas.



ANNA-

ANNALES TYPOGRAPHIAE LIPSIENSIS

AB

EIUS ORIGINE

AD ANNUM

MDXVII.

HERM. BUSCHIUS

IN LIPSICIS.

Quicquid sole Rhodos celebrata, et moenia magni
Quicquid Alexandri docuere, Ephesique potentis,
Et quicquid Thebae veteres trivere per artem,
Quicquid et ingenuis Pallas monstravit Athenis,
Ad Lipsim spretis migravit ab Hellade Graecis.

Johannes WIDMANNUS de numerorum Doctrina. Germanice. *Liptzk per Conrad* KACHELOFEN 1480

De futuris Christianorum triumphis in Saracenos Epistola mag. *Iohann.* VITERBIENSIS. Ex Genua MCCCCLXXXI. d. 31 Mart. in Sabbato Sancto completum. *Impressum Lipzck anno sequente, scilicet,*[a] 4 1481

Mart. MELLERSTAT Pronosticon. *Liptzk.*[b] 4 1482

Tractatulus de regimine hominis, compositus per mag. ALBICUM, Archiepiscopum Pragensem. *Impressum in Lipczk per Marcum* BRAND.[c] 4 1484

Psalterium Davidis Latine. *per Conr.* KACHELOVEN[d] 1485

Speculum Patientiae, Germanice.[e] 1487

Authentica FRIDERICI Imperatoris habita C. ne fi. pro pa. etc. conveniatur, continens privilegia et libertates scholarium, studiorum cuiuscunque professionis. *in universitate Lipsensi.* 4 1487

Priami CAPOCII, *Siculi, Lilybetani*, Fridericeis ad Fridericum Saxoniae Ducem ob victum Adolphum, Imperatorem Svevicum, exercitu e sua ditione profligatum: *excudit Mauric.* BRANDISS.[f] 4 1488

Oratio metrica Priami Capotii, *Lilybitae*, in alma Lipsensi universitate habita. 4 1488

Epistolae Magni Turci[g] 4 1488

Iacobus

a) *In profesto Michaëlis.*

b) *Explicit compendium XV. propositionum introductoriarum in Astrologiam, cum totidem regulis ex Astronomia comportatis. 4. kal. Decembr.*

c) *XXVI. die mens. Augusti.*

d) MAITTAIR. Annal. Typogr. T. I. p. 465.

e) ORLANDI p. 199. conf. tamen p. 412.

f) GESNERUS in Biblioth. Univers. p. 206.

g) *Ioh.* MAIUS ad Lectorem:

Suscipe quisque voles tibi sponte sua venientes,
Aequanimos cives, magnanimosque duces.
Quidve vide virtus, animus, sapientia, possit,
Et veteres illas nosse quid historias.
Hostibus insurgi, aut meritis bene gratia reddi
Debeat, aut populus qua ratione regi
Ergo age, qui magni cursus tibi contulit orbis,
Munera Laudini plena favore legas.

Iacobus DE ERFORDIA, Carthusianus, de Erroribus et moribus Christianorum: [b] 4 1488

Disputatio de immaculata conceptione virginis gloriosae. In florentissimo studio Liptzensi. [i] 4 1489

Repetitio disputationis de immaculata conceptione virginis gloriosae. Cum bulla Apostolica. [k] 4 1489

Clypeus contra iacula in sacram ac immaculatam virginis Mariae conceptionem volitantia. 4 1489

Determinatio de immaculata conceptione B. ac gloriosae Virginis corroborata. [l] 4 1489

Statuta Provincialia Ecclesiae Magdeburgensis, caeterarumque diversarum provincialium, sub eadem existentium: *Impr. Liptzgk* [m] 4 1489

Opusculum ex floribus Scripturarum collectum de Arte Moriendi praedicatum Misnae per Lic. *Valentinum* anno 1484. *Impress. per Mauric. Brandiss.* [n] 1489

Processus Iuris *Ioh.* DE AUERBACH Canon. Doct. una cum lectura expositionibusque peritissimi viri *Ioh.* DE EBERHAUSEN Doct. Iur. Pont. *per eundem. fol.* 1489

Rechnungen auf alle Kaufmanschaften: durch Conr. Kacheloven. [o] 1489

Repetitio fabulosae narrationis, quae alias ab autore suo inti-

b) ORLANDI p. 327.

i) Autore *Ioh.* DE BREITENBACH.

k) Per *Geor.* ORTERUM, *Frickenhusium.*

l) Autore *Ioh.* DE BREITENBACH.

m) Cura ALBERTI, Archiepiscopi.

n) MÜLLER de Incunab. Typogr. Lips. p. 11.

o) SAUBERTUS de Biblioth. Norib. p. 166.

p) Eodem autore.

q) Hie endet sich der Sachsen Spiegel oder Lenrecht, den der erwirdige in Gott Vater und here Theodericus von Bocksdorff, bischoff zu Neumborg gedeutet het, mit inhalt gar vil schoener Concordantien, der mit grossen Vleiß czu Liptzk gecorrigirt und auff die meissnische Sprach gedruckt ist, nach Christi gebort tausend vierhundert in dem XC. Jare, sonnabend nach Kiliani.

r) *Pridie Id. Septembr.* v. Catalog. I. G. SCHWARTZII. *Herm.* BUSCHII Epigramma in Ioh. Peylick, Mamillinum, alias Czeytz, art. doct. et Misnensis Iuventutis moderatorem exstat Lib. III. Carmin.

intitulatur clypeus contra iacula etc. per F. *Geor.* DE FRICKENHUSEN. 4 1490

Triplicatio contra quandam cavillosam ac inutilem Scripturam *Georgii* DE FRICKENHAUSSEN. [p] 4 1490

Der Sachsen Spiegel, oder Lenrecht. [q] *fol.* 1490

Philosophiae naturalis Compendium, autore *Ioh.* PEYLIGK *Czizensi.* art. liberal. magistro: *opera et sollertia Melch.* LOTTERI [r] *fol.* 1491

Facetiae POGGII: *per Arnold.* DE COLONIA. 4 1491

ALBERTANI, Causidici, Tractatus de doctrina loquendi et tacendi: [s] 4 1491

Vocabularius Rerum: *per Conrad. Kachelofen.* [t] 4 1491

Consilium *Ioh.* DE BREITENBACH, an contribuentes iuxta tenorem literarum apostolicarum per D. Papam Innocentium VIII. concessarum, pro reparatione et restauratione ecclesiae collegiatae B. Virginis Mariae oppidi Freibergensis Misnensis Dioecesis, quadragesimalibus et aliis diebus, quibus esus butyri et aliorum lacticiniorum prohibitus est, sine conscientiae scrupulo, butyro et aliis lacticiniis libere vesci possint. [u] 4 1491

Ecloge THEODULI: *per Conr. Kacheloven.* [x] 4 1492

Expositio Donati cum quibusdam novis ac pulcherrimis notatis

s) *Secunda feria ante Viti.* Codici chartaceo MS. Bibliothecae Ampliss. Senatus, quo Cassiodori Variae continentur, adiectus est *Iulius* ALBERTANI, Causidici *Brixiensis*, libellus, varias complectens sententias. e. g. *Excelsae turres graviore casu procumbent. Ingenuitatem laedis, cum ingratum rogas.*

t) *tertia feria post assumtionis Mariae virg. gloriosae.*

u) Concesserat hoc Innocentius VIII. P. M. Alberto, Saxoniae Duci, et civibus eius, si partem vicesimam floreni, ad reparandum templum Freibergense, quotannis conferrent.

x) De scriptore huius Eclogae non convenit inter eruditos. Veteris commentarii autor, qui ex *Sigeberto Gemblacensi* sua hausit, ipsum in Italia litteris operam dedisse, et posthac in Coelesyria, ad Episcopi dignitatem effectum esse, contendit. Manifesto errore: Episcopo enim Coelesyriae noster longe recentior est. Similes nugas agunt, qui Eclogam illam *Iohanni Chrysostomo* olim tribuerunt. Celeb. *Casp.* BURMANNUS, in Traiecto erudito, *Bernardum Traiectensem*, commentarii in THEODULIUM autorem esse, ostendit. Conf. MONTFAUCONII

notatis, secundum viam doctoris Sancti, per M. *Magnum*, *Magdeburgensem*, collecta: *per Mart.* LANDSBERG DE HERBIPOLI. 4 1492

P. OVIDII NASONIS Lib. III. qui effectus amoris, a Platone commendati, comprehendunt, passiones illius celebrantes, artem amandi exordiuntur. acc. *Val.* CATULLI Epithalamium: *per eundem.* [y] 4 1492

HORATIUS: *per eundem* [z] 4 1492

CICERONIS Paradoxa cum novis commentariis. [a] 4 1492

Oratio de eligendo summo Pontifice habita Romae, Innocentio VIII. demortuo, per R. P. *Bernardinum* CARVAIAL, Pacensem Episcopum. 1492. 6. Aug. *per Greg.* BOETTIGER. 4 1492

Iac. DE MAYNO, *Mediolan.* ICti Oratio habita apud Alexandrum VI. Pont. Max. acta Romae A. Sal. Dnicae MCCCCXCII. *Impr. Liptzk* 1492

Tractatulus de accentibus quarundam dictionum in Psalterio, secundum Alexandrum in tertia parte: *per Arnold. de Colonia* 1492

Lecturae *Ioh. An.* super arboribus consangvinitatis et affinitatis: *fol.* 1492

Repetitio C. omnis utriusque sexus, de poenitentia et remissione: *per Greg. Boetticher. fol.* 1493

FRIDERICI Imperatoris Authentica habita sub tit. C. ne filius pro patre etc. conveniatur, continens privilegia doctorum, magistrorum et studentium: *per eundem. fol.* 1493

S. ISI-

NII Biblioth. Bibliothec. p. 106. D.

y) *D. 2. Novembr.*

z) Edente *Ioh. Cubitensi*, qui *Angeli* POLITIANI oden ad Horatium, et *Iac* SENTINI, *Ricimensis*, de lyricis quibusdam carminibus libellum adiecit.

a) *Praefatum itaque librum Fridericus* DE KITZSCHER, *Art. et Pontificii iuris Doctor ad preces multorum interpretari conatus est, hosque commentarios a praeceptore suo Ioh. Gabr. Senensi, cive doctissimo, magna cura collectos textui iungere studuit, hac nobili* arte

S. ISIDORI, *Hiſpalenſis* Epiſcopi de ſummo Bono Lib. III. *per Arnold. de Colonia* 4 1493

BERNARDUS de Contemtu Mundi et appetitu ſupercoeleſtium bonorum, verſibus conſcriptus hexametris: *per Arn. de Colonia* Lipzk [b] 4 1493

Privilegia Clericorum et alia quaedam utilia: *per Greg. Boetticher.* 1493

Dialogus *Fr.* BERNARDI ord. Carthuſ. immaculatae Dei genitricis Mariae miſericordiam per multa miracula atque exempla elucidans nec non amplificans. [c] 4 1493

D. AEGIDII *de Roma* Theorematum de eſſe et eſſentia Tractatus: *induſtria et arte Conr. Kachelofen.* 4 1493

Tractatus de erroribus philoſophorum in fide Chriſtiana Ariſtotelis, commentatoris Avicennae et Alkindi, cum confutationibus errorum per *Conr.* WIMPINAM. 4to 1493

Exercitium puerorum grammaticale, per diaetas diſtributum: *per Arnold. de Colonia.* 4 1493

Gvil. Zaphonenſis perutilis epiſtolandi modus: Ars punctandi *Franc.* PETRARCHAE et *Ioh.* DE LAPIDE: *per eundem.* [d] 4 1493

MANCINELLI *Veliterni* de componendis verſibus opuſculum, acc. *Ioh.* HONORIUS, *Cubitenſis*, de quibusdam lyricis carminibus ad *Matthaeum* LUPINUM libellus: per *Mart. Herbipolenſ.* 4 1493

Wie und mit welcherley Herrlichkeit und Solenniteten das Begängniß und Exequien Hr. Friedrichs des heiligen

arte imprimendi, in quo ſi minus bene dixerit, correctioni ſubmittit intelligentium, nec totum ex ſua officina exiſſe fatetur.

b) Bibl. Rivin. p. 18.

c) Ob reverentiam glorioſiſſimae virginis Marie eſt collectus praeſens dialogus in domo paſſionis Hieſu Chriſti prope civitatem Legnitz 1481. in vigilia aſſumtionis B. Virg. Finitum eſt preſens opuſculum 1493. et impreſſum in felici urbe Lyptzig.

d) XV. kal. Aug. liber is feliciter cepit periodum.

Römischen Reichs Kaysern zu Wien in Oesterreich gehalten worden. Impr. Lyptzk 4 1493

P. VIRGILII MARONIS libri Georgicoruum: *per Arnold. de Colonia.* [e] 4 1494

L. FLORI Gestorum Romanorum Epitomata: *per Mart. Herbipolens. fol.* 1494

REMI FAVINI de ponderibus, deque mensurarum vocabulis Carmina. [f] 4 1494

CATO cum glossa et moralisatione [g] 4 1494

Universi doctoris ALANI de planctu naturae liber: *per Arnold. de Colonia.* 4 1494

Latina idiomata M. *Pauli* NIAVIS: *per Conr. Kachelofen.* [h] 4 1494

Petri QUESZ *de Eslingen*, Tractatus de Quaestione, utrum appositio in Grammatica sit nugatio in Logica. [i] 1494

Ioh. LANTZENBERGERI, artium iuriumque Scholaris, dialogus recommendationis exprobrationisque poëtices ad *Iac.* BARINUM. 4 1494

Iac. BARINI Recognitio in Genera Carminum. 4 1494

Expositio mysteriorum missae Christi passionem devotissime figurantium metrice atque prosaice posita. 4 1494

Conclusiones contra quorundam Bohemorum errores eorum-

e) Haec sunt OVIDII *carmina:*
Quid faciat laetas segetes, quo sidere servet
Agricola, ut facilem terram proscindat aratro
Semina quo iacienda modo, cultusque locorum
Edocuit messes magno cum foenore reddi.

f) Petrus EOLICUS *Scholaribus suis Persianis: Cogitanti mihi iam diu, quonam modo animos vestros, studiosissimi Scholares, reficerem, quove Persii codex vobis facilior fieret: haud ab re visum est, nonnulla tanquam annotatiunculas de ponderum deque mensurarum vocabulis, vel ex probatissimo quodam autore vobis annotare. - - - Remus Favinus, vir undecunque peritus, qui carmine rem aggressus ita perfecit, ut Phidiae opus appareat. Eius itaque versus, amantissimi Scholares, quanta licuit emendatione castigatos suscipite, nec vos terreat, duos eiusdem versus mancos fore, ita enim singula exemplaria, quae mihi in manus venerunt, habent. Ex achad. Lips. non. Marc. A. 94.*

g) Constans medio aevo opinio fuit,

CATO-

rumque perfidiam, per Lic. BALTHASAREM, fratrem, Colleg. S. Bernhardi in Lyptzik proviſorem.[k] 4 1494

Stella Clericorum cuilibet Clerico ſumme neceſſaria: *per Arnold. de Colonia.* 4 1494

Aureum Speculum animae peccatricis, docens peccata vitare, oſtendens viam Salutis: *per Arnold. de Colonia.*[l] 4 1494

De laudibus S. Matris Annae, tractatus per quam utilis D. *Ioh.* TRITHEMII, Abbatis Spanhemenſis: *per Mel. Lotter.* 4 1494

Tractatus de Succeſſionibus ab inteſtato: *per Gregor. Boetticher.*[m] 4 1494

ALBERTVS M. de Secretis Mulierum et Virorum: *per Conr. Kachelofen.*[n] 4 1494

Ulricus MOLITOR de Lamiis et Pithonicis mulieribus: *per Arnold. de Colonia.* 4 1495

Gvil. DE SALICETO de Salute corporis, et Card. DE TURRECREMATA de Salute animae: *per Arnold. de Colonia.* 4 1495

Libellus D. *Thomae Aquinatis* occultorum motuum, affectuum et proprii cordium motus cauſam declarantes: *per Iac.* THANNER. 4 1495

Opus librorum miſſalium iuxta rubricam Eccleſiae Miſnenſis: *per Conr. Kachelofen*[o] *fol.* 1495

CATONEM, Cenſorem, harum Sententiarum autorem eſſe. Sed ſtatim ab inſtauratis litteris vulgaris error exploſus eſt. V. Anon. Epiſtola in Coll. Vet. Monum. T. III. p. 907. edita, et LAMBECIUS de Biblioth. Vindob. Lib. V. p. 215.

h) MOLLERUS de Biblioth. Freiberg.

i) WILISCH de Bibl. Annaeb. p. 323.

k) Ex diverſorum doctorum optima doctrina in unum collectae, ibidemque alma in univerſitate per modum repeticionis publica declaratae.

l) A quodam Carthuſienſe editum.

m) Lectus in florido ſtudio Lipzenſi in vacanicis, pro ſcholarium ibidem ſtudio atque utilitate.

n) MOLLERUS l. c. Recuſus a Mel. Lottero ann. 1505.

o) Reverendiſſimus in Chriſto Pater et Dominus, Dominus Iohannes DE SALHAUSEN, *modernus Miſnenſis Eccleſiae Epiſcopus praeſens Miſſalium opus iuxta rubricam iam dictae ſuae Miſnen-*

CAROLI, Francorum Regis, Legatorum Orationes ad Venetos, Ludovicum Sfortiam, Ducem Mediolanensium, Bononienses. etc. *per Mel. Lotter.* [p] 4. 1495

SENECA de beata vita: *per Bac. Wolfg. Monacensem.* 4. 1496

PRISCIANUS, duobus voluminibus: *per eundem.* [q] 4. 1496

Aen. SYLVIUS de ritu, situ, moribus et conditione Theutoniae descriptio: *per eundem.* 4. 1496

Carminum Structura M. *Laurent.* CORVINI, *Nosoforensis: per Martinum Herbipol.* 4. 1496

Expositio Donati, cum quibusdam novis ac pulcherrimis notatis, secundum viam Doctoris Sancti, per M. *Magnum Magdeburgensem: per Mel. Lotter.* 4. 1496

Alberti M. Summa Naturalium: *per Mart. Lansberk. fol.* 1496

Ein löblich und nützlich Büchlein von dem Sterben, [r] 4. 1496

Tractatus de animabus exutis a corpore, editus a D. *Iacobo*, Fr. ordinis Carthusiens. *per Wolffg. Monacens.* 4. 1496

Idem: *per Melch. Lotter.* 4. 1497

Quatuor Novissima cum multis exemplis pulcherrimis: *per Bac. Wolffg. Monacens.* 4. 1497

Secreta Sacerdotum *M. Henrici de Hassia*, quae sibi placent, vel

bus excudit chalcographorum peritiſſimus, Mel. Lotterus, Avanus, abſolvitque in inclyta urbe Lipſica, an. a nat. Chriſti 1514. Leone X. divina providentia ſummo Pont. et Maximil. Sereniſſ. et Invictiſſ. Imperatore.

m) Herm. TVLICHIVS Lectori:

Lottheriana manus renitentibus adfuit hymnis,
In quibus ipſe Deus virgoque mater ineſt.
Optima materia eſt, ſunt optima carmina, Lector,
Non eſt quod dubites de bonitate libri.

scripti ad Georg. Saxon. Duc. per *Hier.* DUNGERSHEYM: *per Wolfg. Monac.* [n] 4 1514

Eiusdem de Laudibus S. Scholasticae libellus: *per eundem.* 4 1515

Ciceronis de Oratore Libri III. cum praefat. *Ioh.* RHAGII: *per Mel. Lotter.* [o] *fol.* 1515

Q. SERENI SAMMONICI hexametri praecepta medicinae continentes: *in officina industrii Valent.* DAMMANDRI. [p] 4 1515

Augustini Libri IV. de Doctrina Christiana. [q] 4 1515

Proverbia Salomonis Latine edita; *per Mel. Lotter.* [r] *f.* 1515

Enchiridion ERASMI de Milite Christiano: *per Valent. Schumannum.* [s] 4 1515

B. Mantuani Parthenice, Sanctiss. Virginis Catharinae passionem heroico carmine complectens: *per eund.* 4 1515

Eclogae Virgilii Neoterici, Baptistae Mantuani: *per Iac. Thanner.* [t] 4 1515

Henningi PYRGALLI Lusus de ebrietatis et crapulae exterminio, de animorum sempiternitate, de vitae emendatione, de Salvatoris ortu, de vernali temperie et ocii fuga, de castis vatibus observandis in amusos, ode Sapphica in D. Martini Thuronum Praesulis Decus, Epigrammata item et quaedam alia: *per Valent Schumann.* 4 1515

Grammatica *Ioh.* AVENTINI (vulgo. Turmaier de Abensperg) omnium utilissima: *per Valent. Schumann.* 4 1515

Lucerna fratrum, et expositio Eugenianae: *per Mel. Lotter* 4 1515

Franc. PHILELPHI Epistolae breviores elegantiores-que

n) Exstant in Bibliotheca Academica ejusdem Panthalia B. Mariae, & libellus de rebus ad ipsum pertinentibus MS.

o) Biblioth. Rivin. p. 7.

p) *Vltra Q. Sereni medicinam in fronte huius operis praemissam, Candidissime Lector, hic Rhemmii Favini Pondera medica tanquam dona auctaria invenies.*

q. r) *El.* EHINGER de Bibl. Aug. p. 31.

que et adolescentibus magis conducentes: *per Mel. Lotter.* [u] 4 1516

Florus: *impress. per Iac. Thanner. fol.* 1516

Plutarchi Parallela, Guarino Veronensi interprete: *per Mel. Lotter.* [x] 4 1516

Iohannis PICI, Concordiae Comitis, Epistolae XLVI. *per Val. Schumannum.* [y] 4 1516

Aldi Manutii Romani Lucubrationes Grammaticae, iam secundo formis nitidioribus impressae: *per Mel. Lotter.* 4 1516

Phil. NOVENIANI Lucubratiunculae et carmina nonnulla, quibus inter caetera non nihil contra auctorem obscurorum virorum continetur: *per Val. Schumannum.* [z] 4 1516

Politica Aristotelis a *Leonh.* ARETINO e Graeco in Latinum traducta: *per B. Mart. Herbipol.* [a] *fol.* 1516

Summa Philosophiae Naturalis, quam Ethicen dicunt Aristotelis ad Nicomachum: *per Iac. Thanner.* [b] *fol.* 1516

Meteorologia Aristotelis, eleganti *Iac.* FABRI *Stapulensis* Paraphrasi extricata: *per Valent. Schumann.* [c] *fol.* 1516

Excerpta libri Posteriorum Aristotelis cum commentariolo M. Gregor. Bredekopff: *per Iac. Thanner.* [d] *fol.* 1516

Polilogium ex Aristotelis VIII. Politicorum libris: *per honestum Baccal. Wolf. Monacens.* [e] *fol.* 1516

Compendiosa capitis physici declaratio principalium humani corporis membrorum figuras liquido ostendens: *per eundem. fol.* 1516

Epistolae S. Pauli, divinam eloquentiam et sapientiam redolentes: *per Iac. Thanner. fol.* 1516

Evangelium Nicodemi, et Psalterium Mariae: *per Conr. Kachelofen.* [f] 1516

D. BA-

s. t. u) MOLLERVS loc. cit.

x. y) IDEM loc. cit.

z) 17. *Kal. Octobr.*

a) 1. *mens. Ian. finitum.*

b) Praefig. Greg. Laticephali epigramma et exhortatio ad virtutes.

c. d) MOLLERVS loc. cit.

e) *Mense April.*

f) LOESCHERVS p. 270.

D. BASILII M. ad Gregor. Nazianzenum Epistola, eiusd. de ratione vitae solitariae libellus, duae precationes, *Petro* MOSELLANO interprete, eiusque in ferias nuncii B. Mariae virg. ab angelo perlati hymnus, metro sapphico compositus: *ex offic. Mel. Lotter.* [g] 4 1516

B. BERNHARDI, Abbatis Claraevallensis, homilia non solum fidei doctrinam, sed vitae quoque magisterium, ac iustae conversationis speculum, nec non luculentissima morum praecepta continens: *ex offic. eiusd.* [h] 4 1516

Liber de triplici religione claustralium et spirituali exercitio monachorum, *Ioh.* TRITHEMIO, Abbate Spanhemensi, emendante: *per eundem.* [i] 4 1516

Hieron. Dungersheimii Conclusiones cum rationibus ad Summam B. Thomae: *per Wolfg. Monac.* 4 1516

C. CRISPI SALLVSTII de Bello Iugurthino liber ex secunda recognitione, ad Aldi Manutii Archetypon: *ex aedibus Val. Schumanni.* [k] 4 1517

M. Tullii Ciceronis de partitione oratoria Dialogus: de optimo genere oratorum, ac Ctesiphontis et Aeschinis causa libellus, per *Ioh.* LANGIVM: *exc. Mel. Lotter. fol.* 1517

XENOCRATIS Platonici libellus de morte a Mars. Ficino Latio donatus. Erasmi Roterod. ad Guil. Copum de senectutis incommodis: *in aedib. Mel. Lotter chalcogr. ingeniosissimi* [l] 4 1517

Liber Aristotelis de Physiognomia: *per Wolfg. Stoeckel. f.* 1517

Augu-

g) *prid. Kal. Ian.*

h) *Mart.* DE LOCHA S. Theol. Profess. Abbas monasterii veteris Cellae, hanc orationem, cum deesset in Collect. operum Bernhardi, primas edidit. Supposita videbatur, quod stilus minus castigatus esset, sed dubium *Ioh.* CLICHTOVEVS sustulit, qui ad lib. de dolore virg. in pass. filii *c. 5. 6. 14.* eam Bernardi nomine advocat.

i) Autore *Ioanne*, Abbate Bursfeldensi.

k) Sallustius de Coniurat. Catilinae prodiit an. 1518.

l) *Impensis Andr.* CAMICZIANI, *interpretis accuratissimi, nomine vero ingenui adolescentis, Hieronymi* RVPERTI, *bonarum artium studiosi.*

m) Adiectum est *Herm.* TVLICHII carmen.

Augustini, Hieronymi, Ambrosii et Gregorii sententiae contra Haereticos: *in aedib. Val. Schumann.* 4 1517

L. COEL. LACTANTII de opificio Dei, vel formatione hominis, ad Demetrium auditorem suum, liber: *ex officina Mel. Lotter.* [m] 4 1517

Isagoge in Musicam, melliflui doctoris S. Bernhardi: opus Musicum D. ac dulcissimi patris Bernhardi: appendix de inflectionibus octo Tonorum, modulus psallendi metri primi, Institutio D. Bernhardi, quomodo psallendum, Formula pronunciandi lectiones et collecta in divinis officiis: *ex offic. Mel. Lotteri.* [n] 4 1517

Pici, Mirandulani, Hymni et Carmina 4 1517

Eclogae Virgilii Neoterici, hoc est, Bapt. Mantuani, Carmelitae: *in aedib. Valent. Schumanni.* [o] 4 1517

Comoedia *Thom.* MEDII, Epirota inscribitur, cum omnium vocabulorum, quae in ea continentur, interpretatiunculis, a *Ioh.* KNELLER in calce libri annexis: *per Iac. Thanner.* 4 1517

Ant. MANCINELLI Versilogus, a *Ioh.* HORNHELLNIO recognitus, cum Commentario *Ioh.* MVRMELII: *in aedib. Val. Schumanni.* 4 1517

Ioh. REVCHLINI Sergius, vel Capitis Caput: *per eundem.* [p] 4 1517

Opuscula *Hier.* EMSERI: *per eundem.* 4 1517

Matthaei LEVCOMANNI, *Cygnei*, artificiosa memoriae restitutio: *per Wolfg. Stoeckel.* [q] 4 1517

N 2 LIBRI

n) Isagogen hanc, inter Bernardi Opera, a P. P. Claraevallensibus edita, omissam, *Michael*, Prior Cellensis, ex veteri codice primus eruit. Queritur in Epistola ad Martinum Lochavium, eam ne nomine quidem hactenus notam fuisse, in Musicae regulas et praecepta, in coenobiis fere omnibus, peccari. Curam talium Prior agebat. Statuta Canonicor. Regular. Ord. S. Augustini Monasterii S. Thomae in Lipczk, quae exstant in Bibliotheca Senatoria Cap. XXXVIII. *Tenetur etiam Prior diligenter providere, ut accentus antiquitus observati in lectionibus, epistolis, evangeliis, collectis, et caeteris cantandis et legendis non varientur aut novi introducantur.*

o) Praefigitur *Seb.* MIRITII, *Regiomontani*, carmen.

p) Bibl. Rivin. p. 20.

q) MOLLERVS loc. cit.

LIBRI SINE ANNI INDICIO
LIPSIAE IMPRESSI.

Opuſcula Aen. Sylvii de duobus amantibus et de remedio amoris, cum epiſtola retractatoria eiusd. Pii II. ad quendam Carolum: *per Conr. Kachelofen.* [r] 4

Latina Idiomata Mag. Pauli Niavis: *per eundem*, 4

Theſaurus eloquentiae eiusdem: *per eundem* 4

Carmen Philippi Beroaldi de die dominicae paſſionis: *per* M. B. (*Maur.* BRANDISS) 4

Seneca de Quaeſtionibus naturalibus: *per Arn. de Colonia* 4

Senecae Epiſtolarum liber ad Lucilium de vivendi ratione: *per eundem* [s] 4

Baſilii M. liber de ſtudio Poëtarum et Oratorum, quo pacto qualiterve legi debeant: *per eundem* 4

Guilhelmi Zaphonenſis, frat. de ord. minor. perutilis epiſtolandi modus: *per eundem.* 4

Reſolutorium dubiorum circa celebrationem miſſarum occurrentium, per Ioh. de Lapide ord. Carthus. *per eundem.* 4

Repetitio famoſi C. omnis utriusque ſexus de poenitentia et remiſſ. cum Notatis et Quaeſt. quotidianis utilibus: *per Greg. Boettiger* 4

HOMERI, Grecorum poëtarum clariſſimi, Iliadum opus per PINDARVM *Thebanum* e Graeco in Latin. traductum: *per Mart. Herbipolenſem.* 4.

Textus hiſtoriae de anima Ariſtotelis: *per eundem fol.*

Textus parvorum naturalium Ariſtotelis: *per eundem fol.*

Libri quatuor de coelo et mundo intitulati: *per eundem. fol.*

Ariſtotelis Summa Philoſophiae Naturalis, ethicen dicunt: *per eundem. fol.*

Textus librorum de Phyſico auditu Ariſtotelis: *per eundem. fol.*

Ariſto-

r) MOLLERVS in Programm.

s) IDEM l.c.

t) Edidit Ioh. Cubitenſis.

u) Carmine elegiaco.

Ariſtotelis liber de generatione et corruptione, jamjam denuo ſtudioſe elimatus: *per eundem fol.*

Textus Prædicamentorum Ariſtotelis: *per eundem. fol.*

Textus Libri perihermenias Ariſtotelis: *per eundem. fol.*

Centiloquium Hermetis: *per eundem.* 4

P. Virgilii Maronis ad Octavium Culex. *per eundem.* 4

Ovidius in Ibin: *per eundem.* 4

Pharſalia LVCANI cum Pet. Eolici praefatione: *per eundem.* 4

Auli Flacci Perſii, Poëtae, Satyrarum opus: *per eundem.* [t] 4

C. Criſpi Salluſtii liber de Coniuratione L. Ser. Catilinae et de bello Iugurthino: *per eundem. fol.*

Elegantiae Latinitatis M. Pauli Niavis denuo emendatae, una cum modo epiſtolari: *per eundem.* 4.

In oſculum Cynthiae *Balthas.* RITTER Panegyris: *per eundem* [u] 4

Proverbia metrica et vulgariter rhythmiſata *Ioh.* FABRI *de Werdea*, utriusque iuris Baccalaurei: *per eundem.* 4

Eiusdem carmen de novem Muſis: *per eundem.* 4

Eiusdem utiliſſimum ac breve carmen, de quarundam dictionum debita rectaque pronuntiatione: *per eundem.* 4

Poëma Elegiacum, quod *Iacobus* ILLVMINATORIS, Magiſter ſtudii Liptzenſis, ad adoleſcentes tempore aeſtivo cecinit, ut ſtudia repetant: *per eundem.* 4.

Geor. SIBVTI, *Daripini*, ſilvula in Albiorim illuſtratam: *per eundem.* [x] 4

Panegyricae Laudationes *Stephani* GERHARDI, de Illuſtri Domo Saxonica, ad D. Fridericum, Ducem Saxoniae: *per eundem.* [y] 4

Colores Rhethoricae diſciplinae per Mag. Paulum Niavem pro incipientum utilitate conſcripti: *per eundem.* 4

N 3 Prae-

x) Biblioth. *Ern. Sal.* CYPRIANI.

y) Accedit Epigramma M. Greg. Bredekoph de Konitz, de praeclaro M. Stephano Gerhard.

Praeclarum ac prope divinum Tragoediarum SENECAE opus: *per eundem.* [z] 4

Dialogus Pauli Niavis, in quo literarum ſtudioſus praeceptis Rhetoricae deditus, cum beano quarumvis praeceptionum imperito, atque ignaro, loquitur: *per eundem* 4

Iod. BADII *Aſcenſii* in epiſtolarum compoſitionem Iſagogicum brevitate et facilitate praeditum: *per eundem.* 4

Libellus de ſeptem foribus ſeu feſtis B. virginis, qualiter in quolibet ſit honoranda: *per eundem* [a] 4

Di Hymeliſch Funtgrub gemacht und regulirt nach hielendiſcher Sprache: *per eundem.* 4

Praeceptorium perutile, in quo X. Sermonibus materia pro unoquoque Praeceptorum decalogi praedicabilis compendioſe perſtringitur: *per eundem.* 4

Arnoldi de NOVA VILLA ſpeculum Medicinae: *per eundem.* [b] 4

Alberti M. opuſculum de intellectu, et intelligibili: *per eundem* 4

Textus Arithmeticae communis, qui pro Magiſterio fere cunctis in gymnaſiis ordinarie ſolet legi, correctus corroboratusque perlucida quadam, ac prius non habita commentatione, a Conr. Norico: *per eundem. fol.*

Conr. Wimpinae de nobilitate coeleſtis corporis: de eo an animati poſſint coeli appellari: de nobilitate animarum coeli: *per eundem* 4

Tracta-

z) *Iac.* BARINVS:

Clauditur iſte liber Senecae, repetendus in omne
Aevum, hunc ardenti pectore lector ama.
Preſſerat Herbipolis Martinus in aede decenti
Liptzik: hoc munus, candide lector, ama.

Mart. DELRIO in Prolegom. ad Senecam p. 3. *Editio vetus Herbipolenſis earum, quas vidi, optima, et, arbitror, emendatiſſima, forte et prima, cui non additur annus impreſſionis.* Hanc Senecae editionem Lipſiae prodiiſſe, vel additi in fine verſus teſtantur. Qui curam eius geſſit, *Iacobus* BARINVS, Lipſiae adoleſcens docuit, & inter orientia Germaniae lumina, cum Conr. Celte, Ioh. Honorio, Matthaeo Lupino, atque

Tractatus de arte curandi vitia Iacobi Carthusiensis, in Carthusia apud Errfordiam compilatus: *per eundem* 4

Iac. PVBLICII, *Florentini*, ars epistolandi orandique modus: *per Wolfgangum Monacensem.*[c] 4

Aristotelis liber de anima: *per eundem. fol.*

Tria Rhetoricorum Volumina Aristotelis, incredibili suavitate, et rhetoricae artis ubertate insignia: *per Iac. Thanner.*[d] *fol.*

L. Ann. Flori, Illustris historiographi, epitomata quatuor: *per eundem. fol.*

Tractatus de privilegiis pauperum, per Ioh. Fabri de Werdea in Studio Liptzensi compositus: *per eundem.* 4

Eiusd. Tract. de modo docendi alios: *per eundem.* 4

Mythica Historia *Ioh.* BOCCATII, per Phil. Beroaldum de Italico in Latinum translata, in qua ostenditur exemplo cujusdam adolescentis, ob mores belluinos Cymonis dicti, amorem cultorum morum esse parentem: *per eundem.* 4

De laudibus sanctissimae matris Annae tractatus perquam utilis, Ioh. Trittemii, Abbatis Spanhemensis: *per Melch. Lotter.* 4

Petri Fausti ANDRELINI, *Foroliviensis*, Epistolae Proverbiales: *per Valentin. Schumann.* 4

Bucolica *Antonii* GERALDI, Poëtae Laureati: *per eundem.* 4

Vlrici Hutteni Οὖτις. Nemo. *per eundem.* 4

LIBRI

atque aliis, a *Mart.* MELLERSTADIO relatus est, in Respons. ad Pistor. Conf. Anon. Mader. Nu. XXXVI. Quam vero laudem Senecae DELRIO tribuit, eam ferme omnes antiqui scriptores, hac aetate Lipsiae impressi, merentur. Satis enim exploratum habeo, eos ad optimorum codicum, quos Bibliothecae per Misniam & Saxoniam suppeditabant, fidem emendatos fuisse.

a) *Collectae sunt ad devotissimam instantiam Friderici electoris & Iohannis Friderici, Ducum Saxoniae, per quendam S. Theol. Professor. ord. frat. Heremitar. a. 1491.*

b) Edente *Martino* MELLERSTADIO.

c) Ex castigatione W. S. C. (*Wolfgangi* SCHINDLERI, *Cubitens.*)

d) Praefigitur *Georgii* DOTTANII, *Menigensis*, Hexastichon.

LIBRI SINE ANNI ET TYPOGRAPHI NOTA LIPSIAE IMPRESSI.

Dialogus LVCIANI Philoſophi, quomodo ſolus nudus per Acheronta transvehi poteſt, una cum recommendatione heremi Franc. Petrarchae et tractatulus Synonymorum Iſidori de vitae praeſentis regimine. [e] 4

Ariſtotelis Libri IV. de coelo et mundo. *fol.*

Libri meteororum in Latinum translati quatuor. *fol.*

Liber de anima, praenotata in fronte Iac. Fabri Stapulenſis in libros de anima introductione. *fol.*

Parvorum Naturalium Ariſtotelis libelli. *fol.*

Iſagoge PORPHYRII ad Categorias Ariſtotelis. *fol.*

Seneca de quatuor virtutibus cardinalibus cum commento. 4

L. Ann. Senecae ad Neronem liber de clementia. *fol.*

M. Tul. Ciceronis liber primus Invectivarum in Catilinam. [f] 4

Eiusdem Orationum, quae Demoſthenis imitatione Philippicae dicuntur, Philippica prima. 4

Eiusdem Oratio pro Archia poëta. 4

Tres Ciceronis de Natura Deorum libri elegantiſſimi, qui ante inſcitia Chalcographorum depravati, iam ſaeviori ad unguem lima expoliti et a pluſculis mendis vindicati ſunt. *fol.*

M. Tullii Ciceronis Epiſtolae familiares nuper caſtigatae ab infinitis pene mendis emaculatae atque correctae. [ff] *fol.*

Q. Horatius Flaccus de arte poëtica ad Piſones. 4

P. Ovi-

e) Edente Paulo Niavis.

f) Cura Pauli Niavis.

ff) *Stephanus* GERHARDVS, Pontificii Iuris doctor, in Dedicat. ad nobiliſſimum Dominum *Erneſtum* DE SCHLEYNITZ, baronem praeclariſſimum. *Non abs re adductus, inſtitui meum Tullianae Minervae ſimulacrum, famigeratum epiſtolarum opus, noſtrae diatribae addictis ſub ipſo brumali cancro, auſpicari, illisque enchiridion, ſ. manualem librum depromere, in quo tantum ſtudii, operae, lucubrationis, (ut nihil ſupra, ne inelimatum ex noſtra officina prodiret) adhibui: quod quidem tibi, cui maiora pro gemina tua virtute debeo, ob ſum-*

P. Ovidii Nasonis Fastorum Libri V. ad Raph. Regii editionem excusi. 4

P. Ovidii Nasonis Fastorum libri cum argumentis in librorum capitibus additis.[g] 4

Epistola amatoria, quam Sappho puella ad absentem mittit Phaonem. 4

Cl. CLAVDIANI Opusculum de raptu Proserpinae, quale invenitur, nam ultimum volumen apud nos non exstat. 4

Baptista Mantuanus contra poëtas impudice loquentes. 4

D. *Hieronymi* (Paduani) Tractatus carminibus elegantissimis conscriptus, de passione domini Iesu Christi Salvatoris nostri.[h] 4

Tractatus *Dominici* MANCINI de passione Domini. 4

Ioh. Sulpitii VERVLANI de moribus puerorum, carmen iuvenile. 4

Pandulphi COLLENVTII Alithia, ad Herculem Ferrariensem, ducem inclytum, apologus. 4

Augustini DATHI, *Senensis*, de arte dicendi ac variis loquendi figuris, ad Andream Senensem isagogicus libellus. 4.

Ars conficiendi Epistolas elegantissime, Tulliano more noviter in lucem redacta. (Iac. Publicii) 4

Ars scribendi per *Iac.* BARINVM.[i] 4

MATTHEOLI *Perusini* Tractatus de praeceptis artificialibus et regulis medicinalibus, ad augendam memoriam admodum utilibus.[k] 4

Oratio

summam benivolentiam offero, dedico, adscribo. Vale ex doctissimo Liptzensi gymnasio.

g) Cura *Petri* AEOLICI.

h) *Hieronymi Paduani* carmen: *Iesuita*, pro vetusti autoris opere perperam a *Casp.* BARTHIO habitum, Lipsiae recusum est anno 1509. 1512. 1516. 1517. V. *Nic.* HEINSII et *Christ.* DAVMII Epistolas mutuas. Collectionis maximae T. V. p. 249 sq.

i) Agit de Generibus Epistolarum, eloquentia et oratione, ac furore poëtico. *Iac.* huius BARINI librum de modo loquendi, de Pieribus Poëtarum, Carmina et Epigrammata recenset Anonymus a *Ioa.* MADERO ex Matth. Flacii Codice editus Nu. XXXVI.

k) Edente *Andr.* BONER, *Landaviensi.*

O

Oratio CASSANDRAE Venetae. [l] 4

Ars versificandi et carminum *Conr.* CELTIS *Protucii*, Poëtae Laureati. [m] 4

Dimetromachia de virtutibus et vitiorum conflictu M. *Heinrici Northemensis*. [n] 4

Carmen sapphicum *Andreae Delitschensis*, Grammaticae necessitatem monstrans. 4

Carmen Ioh. Fabri de Werdea Art. Mag. de Litteratura Vergilii intitulatum. [o] 4

Carmen Ioh. Fabri de Werdea studii Liptzensis secretarii, de tribus deabus fatalibus. 4

Proverbia metrica et vulgariter rhytmisata M. Ioh. Fabri de Werdea. 4

Almae universitatis studii Liptzensis et urbis Liptzg descriptio Conradi Wimpinae Lib II. [p] 4

M. Conr. Wimpinae in suo Rectoratu ad Vniversitatem Lipsensis studii Orationes tres. 4

Eiusd. Oratio in Lectione statutorum Lipsiae habita 4

Eiusdem Responsio et Apologia contra Laconismum cujusdam Medici, pro defensione Sacrae Theologiae et veritatis fidei. [q] 4

Conr. Wimpinae de Buchen Apologeticus in S. S. Theologiae de-

l) Accedit *Conr.* CELTIS Carmen ad Apollinem, ut cum lyra sua ad Germanos veniret.

m) *Conr.* CELTIS, *Protucius*, Friderico Illustrissimo Saxoniae Duci S. P. D. *Accepi, illustrissime princeps, ex physico tuo, homine doctissimo, Mart. Mellerstat, te summe mellifluis poëtarum carminibus oblectari, atque ita natura ipsa bona id studii genus amplecti, ut inter alia humanitatis studia nullum tibi videatur jucundius: rem facis probe viro duce dignam neque a Romanis principibus neglectam: qui ita armis musas coniunxerunt, ut sub luce armis, nocte musis certarent. Svavissimum equidem istud est otium, quo semper a gravissimis curis animus absolvitur et libera ad divinos affectus mens a corpore rapitur: quamobrem cogitabam, dux inclite, ut si quid in me opimum esset, hoc ad te pro amore tuo in doctos viros oblatum iri facerem: itaque artem carminum, quam tui nominis auspicio in studio Lipsensi, gravi cancri aestuante sydere lusimus, jam tuo nomini clarissimo dedicamus. Tu pro divino illo tuo ingenio si quid in ea dignum est, amplectere, indignum ungue castigante suspende. Vale.*

defensionem adversus eos, qui nixi sunt, eidem fontem, caput et patronum Poësin instituere. 4

Ad praestantem et magnae eruditionis virum M. Conradum Wimpinam, pro defensione sacrae theologiae, et theologicae veritatis apologia *Ioh.* SEICII, *Phagini* 4

Responsio et Apologia Conradi Wimpinae de Fagis ad Mellerstatinas offensiones, et denigrationes S. Theologiae. 4

Praecepta coaugmentandae Rhetoricae orationis commodissima et ars epistolandi M. Conr de Wimpina praefatorum praeceptorum. 4

Ioh. Tuberini, Erythropolitani, art. ac philos. doctoris, carmen ad gravem sanctumque Senatum Lipsensem, de orgiis corporis Christi, publici assertoris, deque supplicationibus, et, ut aiunt, processionibus, quae in oppido Lips talium sacrorum luce peraguntur. [r] 4

Ioh. Tuberini Panegyricus in coronationem Ioh. de Schleinitz, episcopi Misnensis. [s] 4

Florilegium Poëtarum vetus *Alberti* AB EYB. [t]

Iudicium Iovis in vallo amoenitatis habitum, ad quod mortalis homo a terra tractus, propter montifodinas in monte niveo aliisque multis perfectas, ac demum parricidii accusatus. [u] 4

Historia occisorum in Culm, tum aliorum hominum, tum maxi-

n) Versibus elegis.

o) Hoc est, de recta scribendi ratione nominis Virgilii.

p) Ad Lectorem:

Lips sterilis quondam fueras habitatio Slavis,
Phoebeae doctos nunc colis alma viros.
Quaeque olim fueras statio fidissima mergis,
Ingenuas aquilas gignis et accipitres.

q) Contra haec WIMPINAE scripta prodierunt: *Mart.* MELLERSTADII Laconismus Tumultuarius. Theoremata aurea pro studiosis philosophiae et theologiae incultis Thomistis. Animadversio in Wimpinianas offensiones et denigrationes S. Theologiae.

r) Notae Autoris in hoc carmen MSStae exstant in Bibl. Magnifici Senatus: Insertum est Musithiadi de coelestibus historiis, a fol. XXXIX.

s) *Conr.* GESNERVS in Biblioth. p. 505.

t) *Chr.* DAVMIVS Epistola ad Tho. Reines. p. 154.

u) E Germanico versum a M. Paulo Niavi.

maxime virginum per magistrum Paulum Niavem in Latinum conversa. 4

Declamatio M. Pauli Niavis de conceptione intemeratae virginis Mariae sub genere demonstrativo perscripta. 4

Rob. GAGVINVS de puritate conceptionis B. Mariae Virginis. 4

Tractatus Iacobi Ord. Carthusiensis de arte bene moriendi. 4.

Passio *Ioh.* KANNEMANN, S. Theol. Prof. Ord. Minorum, nec non alius Tractatus de Christi passione, una cum legenda B. Katherinae virg. 4

Elegantes ac pervenustae aliquot D. HIERONYMI Epistolae. 4

Lactantius Firmianus de Resurrectione Domini nostri carmina, una cum carminibus Aeneae Sylvii de passione Domini. 4

Raymundi Card. Gurcensis mandata et declarationes in favorem pauperum aliorumque Christi fidelium. 4

Anatomia MVNDINI, emendata per Doctorem Mellerstat. 4

Tractatus Proportionum plusquam aureus. 4

Parvalogicalia nuper per M. Henr. Greve de Goettingen, in florido studio Liptzensi disputata. 4

Sententiae uberiores ex scriptis B. Thomae et venerabilis Alberti super VIII. libris physicorum Aristotelis in studio Coloniensi summatim congesta. *fol*

Quaestio de Philosophiae Naturalis subiecto per *Nicol.* VERNIAM, *Theatinum*, Mag. Philos. in studio Patavino disputata. *fol.*

Judicium Lipsiense mag. Wencesl. de Budeweyss. 4

Opusculum Iohan. de Sacrobusto sphaericum, cum notabili commento et figuris textum declarantibus, per Wencesl. Fabrum de Budewitz. Med. Bacc.



LIBRO-

LIBRORVM
SECVLO XV. EXCVSORVM

AD

MICH. MAITTAIRII ANNALES

SVPPLEMENTVM

EX

BIBLIOTHECIS PVBLICIS
LIPSIENSIBVS.

CONR. CELTES

CARM. LIB. III. OD. IX.

Iam tandem Italici non poterunt viri
Germanos stolida carpere inertia:
Cum nostris videant crescere ab artibus
Romanis Secula litteris.



DIATRIBE
DE LIBRIS LIGNO INCISIS.

Post barbara tempora, cum litterarum studiis, artes Sec. XV. renascuntur. Harum incrementa a Germanis. Sculpturae inventio eis vindicatur, contra Georgium Vasarum. Andreas Mantegna, Patavinus et Israel a Meickenich, Sculptores. Volumina integra ligno incisa, inter typographiae initia. Sententiae autorum de anno inventae Artis conciliatae. Notitia duorum monumentorum Bibliothecae Senatus Lipsiensis. Biblia Pauperum. Georgius Relmisius. Speculum humanae Salvationis. Autor eius indicatur. Origo fabulae de Costero. Hadr. Iunii sublesta fides. Donatus Harlemensis. Excursus de libris Grammaticis, quorum maximus medio aevo usus. Muratorii opinio, Grammaticae nomine studia elegantiora omnia denotari, firmatur. Autores in Scholis medii aevi explicati. Avianus, Galterus, Maximianus Poëta. Pignorius notatus. Alexandri Dolensis Doctrinale, & similia opera.



Oppresserata labentibus Imperii Romani rebus longa ac foeda cultissimas quondam gentes caligo, evanuerat scientiarum et artium honor, immanitas temporum nihil nisi vitia sua aestimabat. Seculo XV. ea gloria servata videbatur, ut sanguinem, et patriam, et spiritum reciperent litterae, quas diuturno exilio barbaries puniebat. Qua felici

felici aetate cum ingenia quasi in gratiam cum Musis redirent, pictura, honestorum et ingenuorum olim studium, sed negligentia imperitorum plane deformata, ad pristinum splendorem demum evecta, aeri et ligno incidendi artes, antiquis parum notae et excultae, repertae fuerunt. In Germania, brevi ante typographiam inventam, utraque enata est; licet autores indagare difficile sit: quod videantur majores nostri, illatam stuporis et inscitiae injuriam, ingeniosis operibus propulsare, quam inventorum ad posteros memoriam transmittere maluisse. Evenit inde, ut nostra decora sibi arrogent Itali, e quibus *Georgius* VASARVS, sculpturam a MASO FINIGVERA aurifice, an. MCCCCLX. inventam [1] et ab *Andrea* MANTEGNA, seu MANTINEA, Pictore Patavino, [2] expolitam, ab *Hugone* vero *Carpensi*, multo post, figuras ligno primum incisas esse, asserere conatus est. Cuius sententiam, quamvis omnes fere amplexi sint, facile convelli posse, ostendam. Missam nunc facio sculpturam, cuius originem *Francisco* a BOCHOLTEN deberi, constans inter nostros et inveterata est opinio [3]: certe in ligneis tabulis, diu ante, quam nobilissimae ad exteros artis cognitio pervenit, nostrates inciderunt. Claruit eo nomine, ut alios, quorum famam nox obscu-

1) Vite de' più eccellenti Pittori, Scultori et Architetti. T. I. Nuper *Domin.* MANNI in libro de Florentinis inventis, sculpturam jam anno 1400. inventam esse, nullis tamen in medium allatis argumentis, affirmavit.

2) Magnum est inter artium instauratores *Andreae* MANTINEAE nomen, quippe qui primus invenustas, graciles & ineptas pingendi rationes ad antiquitatis reliquias emendavit. Dicavit ei veteres inscriptiones a se collectas *Felix* FELICIANVS, *Veronensis*, cum insigni elogio, quod *Laurent.* PIGNORIVS adducit in Symbol. Epistolic. p. 20. Conf. *Scip.* MAFFEI Verona Illustrata, T. II. p. 189.

3) *Bern.* A MALLINCKROTT de Arte Typograph. Cap. XVII. p. 103. Celeb. quoque SCHWARTZIVS, diu, ante Costerum, formarum sculptores in Germania fuisse, asserit. vid. WOLFII Monum. Typogr. Tom. II. p. 1179.

4) Loc. cit. S. PALMERS History of Printing. p. 391. *Lomazero (Lomazzo) says, he was the first that engraved: he was master to Bon Martino, who was master to Albert Durer. p. 391.*

5) *Iacob.* SANDRARTVS in Acad. Pictor. T. I. p. 219.

6) Chron. Hirsaug. T. II. p. 421. sq. conf. *Arnoldi* BERGELLANI Enc. Chalcogr. p. 117. sq.

obscura recondit, praeteream, *Israël* a MEICKENICH, ut a *Bernardo* MALLINCKROTTO vocatur,[4] sive a *Mecheln*, ut prima nominis elementa I. V. M. operi non ineleganti, iam anno MCCCCLVIII elaborato, addita alii interpretantur[5]. Testes adsunt omni exceptione majores, volumina illa, hodieque in bibliothecis exstantia, quae inter typographicae artis prima conamina ab eruditis iure numerantur. Asserit enim, qui rem, ut gesta erat, a *Pet.* SCHOEFFERO acceperat, TRITHEMIVS, *Iohan.* FAVSTUM civem Moguntinum, characteribus litterarum in tabulis ligneis per ordinem scriptis, formisque compositis, libros impressisse, [6] et Catholicon, quod partem Grammatici operis, *Iohannis* BALBI, Dominicani, [7] constituit, ita excusum memorat. Non vana inde coniectura potest concludi, caetera huius generis omnia, intra annum MCCCCXL. et MCCCCLVII.[8] quo Psalterium, vetustissimum artis perfectae, quod novimus, monumentum prodiit, elaborata fuisse. Accedit, quod in charta, S. PALMERO teste, [9] vitulinae cornua frontis appareant: signum, quo optime cognosci posse libros, a *Ioh.* FAVSTO inter typographiae rudimenta evulgatos, *Gabr.* NAVDAEVS dudum animadvertit[10]. MENTELIVS etiam, qui proavo suo, *Iohan-*

7) *Ambros.* DE ALTAMVRA in Bibliotheca Dominicana p. 56. et *Iac.* ECHARDVS Scriptor. Ord. Praedicator. T. I. p. 462. de hoc auctore, si tanti est, conferri possunt.

8) Dissensus Scriptorum de vero inventae artis anno, quem alii 1440. alii 1450. esse affirmant, inde ortus esse videtur, quod illi a tempore, quo primum de ligneis tabulis insculpendis cogitatum fuit, hi a perfectae expolitaeque typographiae tempore calculum ducant. Diserte *Sebast.* MVNSTERVS Cosmogr. L. V. c. 159. *Ab anno 1440.* ait, *usque ad annum 1450. nobilis imprimendi ars Moguntiae reperta est.* Parum vero accurate MALLINCKROTIVS prioris opinionis autorem dicit *Iac.* WIMPHELINGIVM, cum in promtu sit vetustius Chronici, quod Fasciculus temporum inscribitur, testimonium, ad an. 1450. *Librorum impressionis scientia subtilissima, omnibus seculis inaudita, circa haec tempora reperitur in urbe Moguntina. Haec est ars artium, scientia scientiarum, per cujus celeritatis exercitationem thesaurus desiderabilis sapientiae et scientiae, quem omnes homines per instinctum naturae desiderant, quasi de profundis latibularum tenebris prosiluit.*

9) Loc. cit. p. 54.

10) Epigramm. Lib. II. p. 52. Conf. L'Histoire de l'Imprimerie par *Prosp.* MARCHAND p. 44.

Iohanni, Argentoratensi, eam gloriam vindicare annixus est, illum in huiusmodi tabulis prima artis rudimenta posuisse, testatur.[11]

Omnes ex iis, quae supersunt, sacra argumenta tractant. Abundabant enim media aetate monasteriorum loculi libris, a viris pietate magis, quam eruditione et ingenio claris, eo fine compositis, ut praedicatores sacrarum paginarum, quae integrae nimio constabant, qualiacunque compendia haberent[12]. In his excudendis primorum versata est impressorum industria, sicut postea magis consummatae Artis primordia a sacra scriptura ceperunt.

Duo ex hoc numero in Senatus Lipsiensis Bibliotheca praesto sunt, quorum utriusque notitiam pridem cum eruditis Cel. SCHELLHORNIVS, communicavit[13]. Alterum Novi Testamenti historias potiores, alterum, S. S. Historicorum Novi Foederis narrationes in compendio, totque simul rudis ac venerandae antiquitatis notas sistit, ut foetum in *Iohannis* FAVSTI officina editum facile agnoscas. Literae certe imperita adhuc et vacillante manu in tabulis haud opisthographis incisae, artificis in figuris exsanguibus ac strigosis describendis stupor, atramenti denique pallor vix dubitare nos sinunt. Prostat enim figuris, at multo elegantiori coelo exsculptis, minori forma, sequenti titulo: *Rationarium Evangelistarum, omnia in se evangelia. prosa. versu. ymaginibusque quam mirifice complectens.* Praefixa sunt *Sebast.* BRANTII, *Iod.* GALLI, *Rubeaquensis*, et *Geor.* RELMISII, *Anepimii*, ad lecto-

11) Paraenes. de vera Typogr. Orig. p. 22. *Quod attentans hic noster Iohannes Mentelius primum insculpsit litteras supino situ ac retrogrado dispositas ligneis tabulis, quae sui cuiusque, si forent imbutae colore, vestigia post se relinquerent. Qualium exempla inspeximus Parisiis ex Roberti Stephani cimeliis apud Guilielmum Colletetium, suavem amicum nostrum, elegantissimi ingenii hominem ac Gallicae poëseos laude percelebrem.*

12) Eminent inter ea *Nicol.* DE HANAPIS Exempla virtutum et vitiorum e Sacra Scriptura collecta et Biblia Pauperum inscripta, de quibus vid. ECHARD loc. cit. T. I. p. 426. Tribuit ea S. BONAVENTVRAE *Angelus Rocca*; et infelix plagium ab *Anton.* DE RAMPEGOLLIS in figuris Biblicis, simili opere, inde commissum indicat CHEVILLIER dans le Traité de l'Imprim. de Paris P. II. C. I.

lectorem epigrammata, huiusque praefatio, ubi nullum, quod miror, indicium facit vetustioris editionis, quae adeo iam tum plane ignota, et nullius manibus trita fuisse videtur. Addidit *Petri* DE ROSENHEIM, Mellicensis quondam monachi, numeros, ex eius Rosario memoriali Divinorum, opere metrico, quo universum sacrum codicem complexus est, excerptos, unde figurae iam a primo editore effictae erant. Diu me torsit, fateor, *Georgius* RELMISIVS, nec longa investigatione de eo quicquam indagare potui. Incidi tandem in *Conr.* GESNERI Bibliothecam, ubi, dum Petri Mellicensis scripta recenset, huius quoque opusculi meminit, eique *Georgii* SIMLERI versus praefixos esse ait [14]. Ita quidem est. Latere voluit, sub ficto nomine, *Georgius* SIMLERVS, *Wimpinensis*, quo, cum in literis, ut decebat magni REVCHLINI discipulum, [15] egregie satis esset versatus, non peritiorem inveniebat *Thomas* ANSHELMVS, clarissimus typographus, cui lucubrationes suas commendaret. Varia exstant opera, quae studio eius indefesso in lucem edita fuerunt, ex quibus Rabanum modo Maurum de Institutione Clericorum adduco, quem in Hirsaugiensi Monasterio inventum, an. MDV. quo et Rationarium nostrum prodiit [16], Phorcae, ubi tum Anshelmus artem exercebat, primus integrum emisit.

Alterum cimelium, iu lucem quondam a Cl. SCHELLHORNIO productum, ad impressoriae artis incunabula proxime accedere, ex ectypo Amoenitatibus Litterariis

C. I. p. 109. Plane diversa sunt haec Biblia Pauperum ab opere Germanico MSSto, eundem titulum praeferente, quod bibliis, an. 1467. excusis, annexum servat Bibliotheca Senat. Lipsiensis.

13) In Amoenitat. Literar. T. I. p. I. s. & T. IV. p. 293.

14) Biblioth. Vnivers. p. 455. Quatuor Evangelistarum capita versibus mnemonicis inclusa, quae in Bibliotheca Paulina MSta adservantur, a nostro Rationario non diversa videntur. v. FELLERI Catal. MStor. p. 414.

15) v. Claror. Viror. Epistolae ad Reuchlinnm p. 51. *Franc.* IRENICI Exegesis German. p. 43. et *Ioh. Henr.* MAIVS in Vita Reuchlini p. 144.

16) Recusum est ibidem an. 1507. et 1510.

rariis inserto, cuilibet constare, opinor. Eiusdem exempla non Harlemi solum[17], sed in Bodleiana quoque, et Collegii S. Benedicti bibliothecis[18] adservantur. Argumenti autem, quod tabulae illae, vere ex naufragio superstites, continent, affinitas monet, ut de Speculo humanae salvationis, opere satis decantato, quaedam annotem. Eximium illi inter barbara secula pretium fuisse statutum, inde apparet, quod saepissime a librariis descriptum, hodieque in bibliothecis magno numero superſit[19]. In eiusmodi veteri libro, quem Paulina nostra servat, additum reperi autoris, *Henrici* DE LICHTENSTEIN, nomen, de quo tamen nihil certi adhuc investigare licuit. Tabulis ligneis insculptum est hoc Speculum inter Typographiae tentamina, ac celebri controversiae, inter Germanos et Batavos agitatae, causa fuit. Harlemenses enim illud, tanquam firmissimum documentum, nobis opponunt, *Laurentium* COSTERVM, aedituum suum, felicem utilissimae artis inventorem, iam anno MCCCCXXVIII. adeoque diu ante Moguntinos, talia tentasse. Sicut vero argumentis hactenus allatis nunquam obtinebunt, ut a sententia, firmioribus testimoniis fulta, recedamus: ita coniectura ducor, ut, illud cum aliis eius generis ex *Iohan.* FAVSTI officina, paulo ante annum MCCCCL. prodiisse, censeam. Cel. MAITTAIRIVS, qui id in Bibliotheca Comitis

17) Philosoph. Transact. Nu. 283.

18) Catal. MS. Angl & Hibern. p. 135. 251. n. 31. Descriptionem eius, quia cum nostro exacte convenit, ex Transact. Philosoph. Nu. 288. p. 150. addo. *This contains the sum of the History of the Old Testament, all represented in rude Wooden Cuts — without Shadows like to our Cards (which, with Sheet-Ballads, are remains of the old manner of Printing,) and stamp'd upon one side only; the white sides of two Leaves, being pasted together, the Black both in the Pictures and Inscriptions, which shew the meaning of them, being Writing Ink, - - inartificially spread upon the Wooden Block; here thick, there thin; spreading and yellowish; the Letters extreamly rude, and all together manifestly shewing, that the Art was yet in its Infancy. The Stamping of this Book on one side only, was not (as some think) because the Printer did not know how to dispose the Pages in such manner, as might be proper and easy for the Book Binders use; for it has its signatures all along in minuscule Letters (set in the middle of the Page, which is remarkable;) but because it was thought, that the Paper would not beur*

mitis Pembrockiae diligentius inſpexit, argumenta ſub ſingulis ſiguris, fixis characteribus, rhythmos literis ligneis mobilibus exſcriptos eſſe, obſervat [20]. Conſtat enim, Fauſtum, quod Chinenſium more effictae tabulae unico tantum operi ſufficerent imprimendo, ſingulares typos ex ligno efformaſſe,[21] quibus aenei, ſive ſtannei, haud longo intervallo ſucceſſerunt. Opponunt Batavi vernaculam verſionem ligno inciſam. Sed figurae, cum in Latino et Belgico plane eaedem ſint,[22] facile in manus cuiusdam Batavi incidere potuerunt, qui imitatus Germanorum opus, eis ad verſionem ſuam ornandam uſus eſt. Fortaſſe *Iohannes* GVTENBERGIVS, quem Argentorati iam an. MCCCCLVIII. recens inventam artem exercuiſſe, [23] conſtat, Harlemi, quo abierat, [24] huiusmodi opera elaborando, famae de *Laurentio* COSTERO, qua Harlemenſium aſſeveratio nititur, originem dedit.

Hadrianus IVNIVS, elegantiſſimi alioquin vir ingenii, iure occupatam a Germanis, inventae typographiae, palmam, COSTERO, Harlemenſi, vindiciis ſuis reddere, primus operoſe contendit [25]. At, ſicut dudum ab aliis animadverſum fuit, [26] quod et partium ſtudio multa dixerit, et nimis interdum tribuerit coniecturis: ita, quam infeliciter hoc imprimis argumentum tractaverit

beaur a ſecond Impreſſion on the back ſide. — This Book is imperfect, and has now Date, now appearing, and perhaps never had any.

19) Aliquot eius Codices in Bibliothecis Britannicis latere, conſtat ex Catalogis MSS. Angliae & Hyberniae, quos inter unus occurrit, *ſcriptus rhythmis more Anglico.* p. 132.

20) Annal. Typogr. T. I. p. 18.

21) Teſtem produco veterem librum familiae Fauſtianae (Script. Rerum Moguntiac. T. III. p. 426.) *Et quidem litteras Ioh. Fauſtus initio in integris columnis ligneis efformavit, ſicque impreſſit, poſt vero ſeorſim ſingulas e ligno ad impreſſionis uſum confecit.* Conf. *Paul* PATER p. 10. Miror de his ſingularibus typis ligneis Ioh. Trithemii, Arn. Bergellani, & omnium fere vetuſtiorum ſilentium. PALMERVS hanc imprimendi rationem diſerte negat p. 53.

22) PALMER. pag. 56. Conf. MAITTAIR. T. I. p. 445.

23) Loc. cit. p. 299.

24) Quod ex Cod. MS. Lambethano docuit MAITTAIR. T. I. p. 28.

25) In Batavia C. XVII. p. 255.

26) *Phil.* CLUVERIO Germ. Ant. c. XXXIV. p. 473. et *Menſ.* ALTINGIO Notit. Germ. Infer. T. I.

verit, a *Gabr.* NAVDAEO,[27] *Bern.* a MALLINCKROTT,[28] aliisque data opera demonſtratum eſt. Inter Batavos quidem non pauci eum ſecuti ſunt, et produxit eodem fere tempore *Ioſephus* SCALIGER *Mariangeli* ACCVRSII teſtimonium, aſſerentis, primam artis imaginem ex Donatis Hollandicis a FAVSTO eſſe deſumtam[29]. Horum vero exemplum, excuſſis omnibus angulis, nondum apparuit, nec ipſi Harlemenſes inter ſimiles libros, quos religioſe in curia ſua ſervant, eos producere poſſunt[30]. Id contra fide dignis documentis conſtat, iam anno MCCCCXL, non, ut ACCVRSIVS coniecit, MCCCCL. Moguntiae ex *Ioh.* FAVSTI officina, Donatum, quem vocant, tabulis ligneis inciſum prodiiſſe[31].

Iuvat hic in tenebras reſpicere, et de grammaticis libris, unde media aetate, in ſcholis doctorum, Latinae linguae fundamenta iuventuti tradebantur, quaedam addere, quod in talibus excudendis primi naſcentis artis conatus verſati ſint. Neglexerat certe maxime barbaries eorum temporum ſtudia Grammaticae, ſcientiae ad omnem doctrinam neceſſariae, et quae graviter contemtores ſui ulciſci ſolet. Seculo VI. maximum adhuc uſum fuiſſe DONATI, vetuſti ac probi autoris, de VIII. Orationis partibus, S. GREGORII teſtimonio compertum eſt[32]. Poſtea vero ab ea cultura orationis multum receſſerant, licet Lotharius I. lege

27) Les Additions a l'Hiſtoire du R. Louys XI. p. 112. ſ.

28) l. c. cap. VI. p. 51. ſ. *Andr.* CHEVILLIER l. c. p. 279 ſ.

29) Confutat. Fab. Burdon. p. 291. edit. Elzev.

30) Memoire ſur les premieres impreſſions faites a Harlem p. 395. *On pretend, que Laurent Coſter a imprimé pluſieurs autres livres, que la Guerre, qui vint enſuite dans ce Païs — a diſperſez. Pluſieurs auteurs par exemple parlent d'un Donat imprimé a Harlem.* Conf. L'Hiſt. de l'Imprimerie par *Proſp.* MARCHAND p. 111.

31) Scriptor. Rerum Moguntinar. T. III. p. 426. *Res breviter ex vero ita ſe habet. Iohannes Fauſtus anno 1440. Moguntiae — Donatum, ut vocant, impreſſit.*

32) In Praefat. Expoſit. in Iobum p. 6. Gemina commenta in Artem Donati CASSIODORVM compoſuiſſe, patet ex libro de artib. ac diſciplin. liberal. litterar. p. 559.

33) Apud MVRATOR. Script. Rer. Italic. T. I. P. II. p. 152.

ge ſanciret, ut ſingulari ſtudio in Grammaticis iuvenes imbuerentur [33]. Obſervat Celeb. MVRATORIVS, Grammatices nomine amoeniores poëſeos et eloquentiae regulas, atque adeo ipſa humanitatis ſtudia contineri: quam coniecturam veriſſimam eſſe, ex quadam GREGORII Pontificis ad Deſiderium, Epiſcopum Viennenſem, epiſtola non obſcure probari poteſt [34]. Piaculum fere ſacri ordinis homines merebantur, ſi animum appellebant ad elegantiores litteras, [35] quas *Rabanus* MAVRVS, [36] *Rich.* BVRY [37] atque alii, ipſis commendabant: fontes, unde ſermonis puritatem hauriebant, turbidi erant ac limoſi. Tantum enim abeſt, ut magna florentis Romae lumina, poëtae ac oratores, ad imitandum juventuti proponerentur, ut potius ad obſcuros, partim etiam ineptos autorum ſuae aetatis libellos amandarentur. Eminebant inter eos *Philippi* GVALTERI Alexandreis, heroicum carmen, de quo *Henricus* [38] GANDAVENSIS queritur, quod, illo recepto, meliora e ſcholis exularent, AVIANI Apologus, [39] et MAXIMIANI, [40] amatoriae, at inficetae elegiae, magis, quam caſtigatiſſimi ſcriptores, manibus terebantur. Quarum a lectione ut avocaret iuvenes, *Alexander* DE VILLA DEI, Ord. Minorum, compoſuit anno MCCXL. leoninis verſibus Doctrinale ſuum, tenebricoſiſſimum opus, at tanto applauſu ſuſceptum, ut neſciam, num ſimili ullum veterum Grammaticorum. Non enim ſolum vaſtis Com-

34) Apud SVRIVM ad d. 12. Mart. p. 126. VICTOR, Profeſſor Romanarum litterarum, Grammaticus Latinus, occurrit in *Steph.* BALVZII Miſcel. T. II. p. 91.

35) Loc. cit. conf. Gerbertus Epiſt. CXXX.

36) Vid. de Inſtitut. Clericor. Lib. III. c. 18.

37) Monobibli p. 464.

38) De Scriptoribus Eccleſiaſtic. cap. XX. p. 121. et *Henr.* BEBELIVS in Racemationibus cap. XV.

39) AVIANI ſ. AVIENI (quem ſub Theodoſio vixiſſe, RAMIRESIVS ad Luitprandi Adverſaria notat p. 494.) *Apologus, adoleſcentibus ad mores et latinum ſermonem capeſſendum, utiliſſimus cum commento, prodiit Colon. 1494.* 4to. Verum et huius ſcriptoris ſordes brevi reiectae ſunt. Autor Sylvae Sententiarum ex Ovidio etc. an. 1512. excuſae:

Hos moneo pro ridiculis ſpinis Aviani,
Pelignos flores dextra tenella legat.

40) V. de MAXIMIANO elegantiſſima obſervatio, inter MENAGIANAS, Vol. III. p. 241. De vera eius

Commentariis illustratum, [41] sed in scholis quoque et academiis publice explicatum fuit [42]. In celeberrima tum Parisiensi a patribus Mechlinensis Synodi anno demum MDXV. abrogatum fuit, [43] et in nostra, Viennensis forte imitatione, [44] anno MDVIII. denuo a Philosophorum Ordine, constitutum est, ut DONATVS Minor et ALEXANDER in suis partibus praelegerentur, quod ad annum usque MDXVI obtinuit, quo, luce sua litteris denuo exorta, PRISCIANVS, et paulo post DIOMEDES in eius locum successerunt. [45] Exstant vero huius generis alia non pauca: Regulae Grammaticales antiquorum, cum earundem declaratione, Gemma Gemmarum, Regula puerorum fundamentalis et peroptima, Lilium Grammaticae Wilhelmi Wert, inprimis vero Donati Grammatici prima editio, apud *Ioh.* SCHEFFLERVM excusa. Ex quo vetusti autoris compendio, cum prima Latini Sermonis rudimenta iuventus caperet; statim inter primordia artis, ligno in *Ioh.* FAVSTI officina incisum, et imprimendi initium, a *Iohanne* et *Arnoldo*, primis in Italia excusoribus, [46] inde sumtum est.

Sed

eius aetate nihil adhuc certi eruditi viri divinare potuerunt. Produxit quidem *Laur.* PIGNORIVS (nell'Annot. all'Orig. di Padoua p. 153.) inscriptionem Roma sibi a SIRMONDO missam, qua Maximiani poëtae memoriam contineri asseruit. Sed, ut omittam, non Longini Maximiani, (quo praenomine noster a BROUKHUSIO ad Tibullum citatur,) sed Tarrutenii Maximiliani, quem Theodosii aevo vixisse, ipsum marmor ab Acilio Glabrione, Theodosii in consulatu an. CDXXXVII. collega, dicatum indicat, mentionem ibi fieri: Seculis certe aliquot nostrum recentiorem esse, ipsa eius balbuties prodit. Conf. *Bened.* AVERANI Dissert. I. in Thucydid. p. 229. In Margarita Poëtica *Alb.* AB EYB, aliquot eius nomine versus reperiuntur, quos in Elegiis a *Pomp.* GAVRICO editis frustra quaeres.

41) MAITTAIRIVS T. I. p. 387. *Ioh.* LELANDVS, non indoctus Sec. XV. Grammaticus, collegit ex Alexandro suam de Accentibus compilationem, quae MS. exstat in Bibliotheca Bodleiana.

42) Minus tamen id probantibus doctissimis viris & litterarum in Germania instauratoribus, *Ioh.* TRITHEMIO (de Script. Eccles. p. 101.) et *Iac.* WIMPHELINGIO in Isidon. Germ. p. 5. s. *Mich.* COCCINIVS, *Tubingensis*, in allocut. ad Studiosam Iuventut. German. *Verum sunt adhuc nonnulli in nostra Germanica natione militare stipendium facere soliti, sub Huguitione*, Pet. *Helia, Cornuto, Alexandro Gallo, et id genus barbariae ducibus dudum ab Italis explosis.* Conf. *Iac.* BVRCHARD de fatis Lat. Ling. in Germania, passim.

43) *Caes. Egass.* BVLAEI Histor. Acad. Parisiens. T. I. p. 518.

44) *Petr*

Sed redeo, quasi ex diverticulo, in viam. *Hadrianum* IVNIVM domesticae gloriae studio magis, quam rei veritate motum contra receptam ab omnibus fere sententiam pugnasse, ostendi, librosque ligno insculptos principi in Germania typographo asserui. Haec tamen non ita accipi debent, ac si post perfectam, et in omnes cultioris orbis regiones propagatam artem, in talibus effingendis, sculptorum industria plane cessaverit. Cui quidem rei testimonia sunt S. Iohannis Apocalypsis, a *Petro* LAMBECIO ex Ambrasianae arcis pulvere eruta, [47] Fabulae et Similitudines Bambergae an. MCCCCLXI et alius HARTLIEBI *Boii* libellus, (quem a Seculi XVI. initio proxime abesse, compertum habeo) tabulis insculpta[48]. Ne quid addam de celeberrimo opere, quo Maximiliani Imperatoris gesta *Melch.* PFINTZINGIVS celebravit, formis ligneis excuso, quod singulari elegantia, invenusta illa, quae superioris aetatis inscitia velut ultimos conatus produxerat, longissime superat.

44) *Petr.* LAMBECII Comment. de Bibl. Vindob. L. II. C. V. p. 206.

45) Liber Constitut. Facult. Philos. MSC.

46) *Ioh. Andreae*, Episcopi Aleriensis, ad Sixtum IIII. Epistola ap. Maittairium T. I. p. 48.

47) *Apocalypsis S. Iohannis Apostoli et Evangelistae Latino-Germanica, chartacea in folio, una cum vita ipsius et multis figuris ligno incisis, quae propter vetustatem suam spectatu sunt dignissimae.* LAMBEC. L. II. p. 772. Philos. Trans. Nu. 288. de eodem libro: *This Book, tho printed on ony side, and' pasted as the former; is yet more elegant, and shews, that the Art was much improved.*

48) *Io.* SAVBERTVS de Bibl. Noriberg. p. 116.



* *

OBSERVATIO
DE LIBRIS QVIBVSDAM SEC. XV.
IMPRESSIS.

Franc. Florius. Qui Libri editi *olim dicti. Bern. Monetae de scriptis libris sententia. Libri apud inclytam Sorbonam impressi. Decor Puellarum. Appianus Scandiani excusus. Typographiae in Lusitania origo.*



Additur o, quasi per saturam lancem, de vetustis aliquot libris observationes, primus mihi occurrit is, quo Cl. MAITTAIRIVS, diligentissimus typographicae antiquitatis investigator, CHEVILLERII de impressoria arte, quam anno demum MCCCCLXX. in Galliam introductam esse asserit, argumenta subverti posse, contendit [1]. Ita libellus inscriptus est: *Franc.* FLORII *Florentini, de amore Camilli et Aemiliae Aretinorum liber: expletus est Turonis, editus in domo Guillermi Archiepiscopi Turonensis, anno* MCCCCLXVII. *pridie calendas Ianuarias 4.* In dubium veniunt voces: *expletus* et *editus*, quas non anni, ut MAITTAIRIVS statuit, quo ex typographi officina, sed quo ex autoris Museo prodiit, notas esse, ostendam

Libri

1) MAITTAIR. Annal. Typogr. T. I. p. 42.

2) Editionis curam interdum amici, si autoribus, sua in lucem proferre, per fata non licebat, habebant. Sic TURC. RVFIVS ASTERIVS V. C. & Cos. D. SEDVLII Paschale carmen ex dispersis et fugientibus chartis collegit ac divulgavit. v. *Iac.* SIRMONDUS ad Ennod. Lib. I. Epist. 24. et *Nic.* HEINSII ad Virgil. praefat. in Sylloge Epistolarum Burmanniana T. V. p. 197.

3) *Gerard.* LANGBAINE de Vita et Scriptis Longini.

4) PHOTIVS, de Zosimo, Cod. ϟή. p. 148. de Eunapio Cod. οζ. p. 100.

5) In librum de interpretat. Aristot. edit. primae: *Haec autem, quantum brevitas expositionis permittebat, expressimus, quid autem altior huius libri tractatus erat, secundae editionis series explicabit.*

Libri editi olim vocabantur, qui absoluti ab autore, et amicorum limam experti, in vulgus, multiplicatis librariorum studio exemplaribus, emittebantur. Hoc sensu *edere* et *editio*, apud Ciceronem et Quintilianum, ἐκδιδόναι et ἔκδοσις apud Graecos inveniuntur. Cum sibimet ipsis non satisfecerant, emendare interdum, aut meliora edocti, retractare sua scriptores solebant: id *primam* vocant et *secundam editionem*[2]. Sic LONGINI Ἀττικῶν λεξέων ἐκδόσεις δύο[3] olim exstiterunt, sic ZOSIMI et EVNAPII Historiarum δευτέρα ἔκδοσις, Photio memoratur:[4] Boëthius contra Philosophus, ad designandas et distinguendas Commentariorum in Aristotelem partes, his vocibus novo sensu usus videtur[5]. Editis libris scriptos a mediae aetatis autoribus opponi, *Bern.* MONETA observat[6], quod tamen non perpetuo animadversum esse, compertum habeo[7].

Expletus a *Franc.* FLORIO libellus fuit et editus in *Guilielmi* TARDINI, Episcopi Turonensis, cuius censurae ipsum in praefixa epistola defert[8], aedibus. Ficto sub nomine autorem latere, conjicio. Certe inter Florentinos Scriptores, quorum vitas POCCIANTVS et *Iul.* NEGRI studiose exposuerunt, non occurrit. Amatoria eius fabula multis verborum calamistris ornata, et *Aeneae* SYLVII, cuius de Eurialo et Lucretia similis exstat, imitatione composita est[9]. MAITTAIRIO memorata editio in Germania procul dubio excusa est: quamvis et alia occurrat, Romanis ac pulchris litteris

Q 2

6) *Bern.* DE LA MONNOYE apud Palmer. p.96.

7) Ita e.g. MARBODUS, Sec. IX. Scriptor, canit:

Quae iuvenis scripsi, senior dum plura retracto,
Poenitet, et quaedam vel scripta, vel edita nollem.

8) *Te igitur in amore eorum iudicem elegi, ac in meo opere correctorem, ut si quid emendandum corrigendumque duxeris, priusquam dulcis aurae vitales spiritus carpat, emendatoriam formam iste liber abs te accipiat. Scire autem te volo, me nullatenus huius amoris Camilli et Aemiliae finxisse, sed meram puramque texere historiam.*

9) l. c. *Hunc vero librum non idcirco edidi, ut Aeneae Sylvio, qui Pius secundus postea factus, in libro de duobus aman-*

teris, et in qua typographus eundem annum accurate expressit[10].

Ars per *Vdalricum* GERING, anno MCCCLXX. ad Gallos delata, liberali hospitio in Collegio Sorbonensi excepta fuit, quare plurimis libris ibi emissis, additum legitur: *apud inclytam Sorbonam*. CHEVILLERIVM, prolixe haec commemorantem[11], notat Vir Clarissimus, qui eruditum de Bibliothecis Parisiensibus commentarium edidit, et in aedibus Sorbonae proximis, primum in Gallia prelum institutum esse, sibi persuadet[12]. Sed veteres typographi ita loqui amant, *Ioh.* inprimis FROBENIVS, qui, *apud inclytam Basileam*, se operam imprimendis libris navare, perpetuo profitetur. Nec typographi solum, aversi plerumque et alieni a litteris, quas promovent, homines, sed *Petr.* MOSELLANVS quoque[13], et *Ioh.* REVCHLINVS[14] ita efferre solent, non abhorrente ab antiquorum ratione, usu.

Nihil tamen aeque torquet, et maiores molestias eruditis exhibet, quam omissae, aut corruptae et inversae, operarum negligentia, anni, quo libri prodiere notae. Decor Puellarum, libellus a *Nic.* IENSONIO Italice excusus, annum praefert MCCCCLXI[15]. cum decennio post ipsum demum inclaruisse, multis testimoniis constet. Errorem vero, quamvis contrarium Cl. MAITTAIRI-

amantibus Euryalo Teuthonico & Lucretia Senensi detrahere videar, aut eius perpetuam famam commaculare.

10) *Bern.* DE LA MONNOYE in Epist. ad *Mich.* MAITTAIRE p. 146.

11) Lib. I. cap. III. p. 48. s.

12) *Parisiis, apud Sorbonam, hic enim particula: apud nihil significat, quam librum prope domum Sorbonicam impressum, secius enim si intelligatur, male hic positum est. Nam quivis, vel ex infimo tironum ordine novit, magnam esse differentiam inter has propositiones, impressum apud Sorbonam, & impressum in Sorbona. In vicinia itaque Sorbonae impressus videtur liber iste, non in Sorbona: alias non apud, sed in ponere debuisset.* p. 83. edit. Cantabr.

13) In Praef. ad Aristoph. Plutum. *Nostra vero memoria cum plerique principatum imprimendi tenent, et inprimis apud inclytam Basileam hoc iam strenue molitur Ioh. Frobenius.*

14) In Epistola ad Iac. Fabrum: *Ioh. Lapidanum, Theologiae Doctorem, in Grammaticis apud inclytam Sorbonam audivi.*

15) MAITTAIRIVS T. I. p. 63. s. *Io. Geor.* ISELINVS in singulari dissertatione, quae exstat, dans le Mercure de Suisse, Mois Novembre 1734.

RIVS asserat, subesse,[16] vel inde, si non alia suppeterent argumenta, patet, quod diu celata a Moguntinis ars nondum eo tempore Italis innotuerat. Frequentes sunt eiusmodi in veteribus libris mendae, ut in DONATO, ab *Henr.* QVENTELL anno MCCCCLVI.[17] ut in APPIANO[18] Scandiani an. MCCCCLCV. nitide impresso, ubi MCCCCXCV. omnino substituendum est[19].

Lusitaniae typographia celeriter innotuit; et exstant sane libri, iis quos Cel. MAITTAIRII diligentia indagavit, multo vetustiores[20]. Servantur in Bibliotheca Comitis de VIMIEIRO, Lusitanicarum splendidissima, Don PETRI, Principis Regii, opera, quibus additur, ea sexto, post inventam Basileae artem, anno in Lusitania impressa esse[21]. Apparet etiam hinc, gloriam, quam Moguntini dicunt esse suam, Argentoratenses repetunt, Harlemenses vero suam esse confirmant, Basileenses iam olim sibi tribuisse[22].

16) Osservaz. Letterar. T. II. p. 166. *Decor puellarum per M. Nicol. Ienson: ma error di stampa é nell anno.* Constat Petri Schefferi testimonio, anno demum sequenti artem per Europam propagatam esse. v. Les Addit. a Histoire du R. Louys XI. C. VII.

17) DUCATIANA T. II. p. 254.

18) ORLANDI p. 120. MAITTAIR. T. I. p. 595. Errat *Prosp.* MARCHAND, qui eam editionem ad an. 1475. refert p. 65.

19) VALLISNERI Lettera intorno del Co. Bojardo p. 368. *Introdusssero i Bojardi la stampa in Scandiano, ed io mi trvoo avere gli statuti di quella Communitá quivi stampati, e sapete, che vi hò pure un bellissimo Appiano Alessandrino, de bellis civilibus, in foglio di ottima carta, e con buon carattere formato.*

20) MAITTAIR. ad an. 1491.

21) Commentarii Academiae Regiae Lusitanicae T. IV. Num. XXIIII. quos, rarissime obvios, in Biblioth. Senatoria evolvi.

22) *Io. Geor.* ISELINVS Dissert. de libro quodam, unde Basileensibus Typographiae inventionem asserere quidam conantur. dans le Merc. de Suisse Août an. 1734.



* * *

De ſpiritualibus nuptiis opuſculum *Iohannis de* GERSONA, Cancellarii Pariſienſis, ſuper Cantica Canticorum: *impreſſoriae artis induſtria effigiatum. fol.* Nurnbergae 1470

Oratio *Ioh. Antonii* CAMPANI, Epiſcopi Aprutini, in conventu Ratisponenſi dicta, ad exhortandos Principes Germanorum contra Turcos, et laudibus eorum. 4 Nurnbergae 1471

Tractatus de Victoria Chriſti contra Antichriſtum, *Hugonis de* NOVO CASTRO. Coniectura *Nicol. de* CUSA de ultimis diebus. *fol.* - - 1471

AUGUSTINUS ad Virgines de Sobrietate et Ebrietate, de quatuor virtutibus caritatis, de contritione cordis. 4 - - 1472

Breviloquium *Fr.* BONAVENTURAE de Sacra Scriptura: *fideliter impreſſum ſummaque cura correctum.* 4 - - 1472

M. T. CICERONIS in Catilinam Invectivae et *Cr.* SALLUSTII Oratio. *fol.* - - 1472

Lib. III. Canonum AVICENNAE. *fol.* - - 1472

Repetitio decretalis omnis utriusque ſexus de poenitentiis et remiſſionibus: per *Bar. de* VAL-

a) Liber dividitur in tres partes: in prima parte traditur videlicet Lapidarius Ariſtotelis de novo a Graeco translatus, cum omnibus aliis lapidariis & eorum dictis in unoquoque lapide, ſcil. de eorum coloribus, virtutibus, & loco generationis eorundem, ſecundo, quomodo virtus precioſorum lapidum augmentatur et alteratur, ſecundum diverſas ſituationes, quod dicit de ligatura lapidum in naturis, ut ſi portetur in digito, vel ſub aſellis, et ſic de aliis, et quo modo eorum virtus augmentatur et alteratur ſecundum diverſas coniunctiones rerum aliarum, ut apparet in proceſſu l. per imagines, characteres, et ſic de aliis & incipit ſecunda pars. Licet precioſi Lapides in ſe virtutes habentes. Tertia pars eſt de ipſamet phiſonomia, et incipit ibi. Reſtat de ſignis phiſonomie. Anno Domini milleſimo qua-

VALDEZOCHIO et *Mart. de* SEPTEM ARBORIBUS, *Prutenum. fol.* Paduae 1472

Aeneas SYLVIUS de miseria Curialium: *impressus in domo Ioh. Phil. de* LIGNAMI. *familiaris D.N.* SIXTI IV. *Pont. Max. fol.* - - 1473

Lapidarius Aristotelis de novo a Graeco translatus. In civitate [a] Mersborg. 1473

Reductorium morale figurarum Bibliae venerabilis *Pet.* BERTHORII: *per C. W. civem Argentinensem* [b]. *fol.* - - 1474

Opus continens Formulas Instrumentorum: *Impressoribus & Magistris, Ioh. Nicol.* HANHEYMER *de Oppenheym, et Ioh.* SCHURENER *de Boparda.* [c] *fol.* Romae 1474

Ant. AMPIGOLLIS liber introductorius in Bibliae historias, figurasque veteris ac novi Testamenti: *artificialiter effigiatus per Ioh.* ZEINER *de Reutlingen. fol.* Ulmae 1476

BONAVENTURAE speculum Mariale: *per Ant.* SORG, *concivem Augustensem.* [d] *fol.* - - 1477

Summa ALBERTI M. de corpore Christi: *per Ioh.* GULDENSCHAFF, *Moguntinum civem.* [e] *fol.* - - 1477

Interrogatorium s. Confessionale *Barthol. de*

CHAY-

quadringentesimo septuagesimo tertio, in vigilia XI. milium virginum completum est praesens opus. fol.

b) Finit Apocalypsis insuper et integer Reductorii moralis sedecimus liber figurarum bibliae venerab. domini et fratr. Pet. Berthorii, factus Avinione, Parisiis correctus ex scriptura: litteras reductus ad pressas, diligenti correcturae advertentia et punctura, per C. W. civem Argentinensem. Ex annis dominicae incarnationis millesimo quadringentesimo tertio elapsis, finitus, anno sequenti die septembrium septimo.

c) XXV. Novembr. sedente Clementiss. Sixto Papa IV. Anno eius felici IV.

d) Editio anni 1476. ibidem producta ab hac plane diversa est.

e) Praesens haec summa preclarissima de corpore Christi intitulata Alberti M. edita et per Ioh. Guldenschaff, Moguntinum

CHAYMIS, *de Mediolano: impressum per Frid.* CREUSNER, *civem Nurenbergensem. fol.* Nurenberg. 1477

Tractatus M. *Ioh.* ANDREAE super arboribus consanguinitatis et affinitatis, nec non spiritualis cognationis: *per Frid. Creussner. fol.* - - 1477

Oratio habita per *Rhodoricum de Sancta Ella*, Hispanum, coram Sixto IIII. P. M. in die Parasceve. 4 Romae 1477

Iac. CASSALIS das Spiel, das da heisset vom Schach Zabel. *f)* - - 1477

Oratio in funere *Berardi* HERULI, *Narniensis*, Episcopi Spoletani, Presb. Card. tit. S. Sabinae. 4 - - 1478

Li miracoli de la gloriosa Vergene Maria: *li quali sono impressi in la citta di Trevisi per le diligente homo Michele* MANZOLO DA PALMA, nel anno *ff)* 4 - - 1479

Tractatulus de morte per Fr. *Rob.* CARACZOLI, *de Litio: per Frider. Creussner. fol.* Nurnberg. 1479

ISIDORI Episcopi Soliloquia: *g)* 4 Marsipolis 1479

Oratio in funere *Franc.* TOLETANI, Cauriensis Episcopi, a *Pet.* RANSANO, Siculo, Lucerino, episcopo domestico R. D. Ioh. Card. de Aragonia habita. 4 - - 1479

Stephani, Archiepiscopi Antibarensis, sermo habitus in materia fidei contra Turcorum persecutionem. 4 - - 1480

Oratio

num civem inclitae nationis Germanicae quadam artificiosa adinventione Dei clementia characterisata MCCCCLXXVII, in Profesto Phil. et Iacobi.

f) Versio haec libri de Schachiludio composita est an. 1337. per Stettinensem quendam monachum. vid. *Prosp.* MARCHAND Hist. de l'Imprimerie T. I. p. 65. & T. II. p. 137.

ff) A di duo di Febraro.

g) Sabbato ante Thomae.

h) Horum in rem litterariam merita laudat

Oratio *Franc.* DE ASISIO habita coram Pont. Max. et Christianorum conventu gravissimo, pro defensione fidei Christianae. 4 - - 1480

Lectura BALDI super sexto Codicis: *ductu et auspiciis literarumque characteribus summorum Ioh. de Colonia, Nicol. Yenson, Sociorumque.*[h] *fol.* Venetiis 1480

Das Land-Recht: gedruckt und vollendet durch Anton Sorg. fol. Augspurg 1480

Ad D. Herculem Estensem Epistola Fr. *Vincentii de Castro novo*, Ord. Praedic. narrativa disputationis factae de materia conceptionis B. Virginis Mariae, coram celsitudine sua: *Impress. per Vgonem de Rugeriis, de Regio*, in civitate Bononiae 1481

Sententia veritatis humanae redemtionis, a *Marco* MAROLDO, haereticae pravitatis inquisitore edita in capella S. D. N. Papae. 4 - - 1481

GUILLERMI de *Dumo querci*, oratoris Illustrissimi Ducis Britanniae ad Romanam curiam destinati, Sermo de Sancto Spiritu, editus coram S. D. Sixto IV. 4 - - 1481

Liber de gestis trium Regum: *per Barthol. de* UNCKEL *impressus.* 4 - - 1481

Garsias MENESIUS, *Eborensis* praesul, quum Lusitaniae Regis inclyti legatus, et regiae classis adversus Turcos, Hidruntem in Apulia praesidio tenentes, Praefectus ad Vrbem accede-

laudat *Hieron.* SQVARZAFICVS in praefat. ad Iustinum Italice versum. *Per questo adunque io habbia stimato, esser bono, di consigliar agli ottimi mercatanti Iohann da Colonia e Ioh. Gherretzen suo carissimo compagno, che gli non vogliono negare, di far imprimere Iustino. Et loro, come benigni et degni d'ogni lode questo non anno pretermesso, appresso agli innumerabili volumi di Iustiniano, con li pontificali et della Sacra Theologia, con tutti gli boni et utili commenti*

cederet, in templo D. Pauli exceptus apud Xystum IIII. P. M. pr. Kal. Sept. a. 1481. Romae 1481

Oratio *Ioh. de* MARGARIT, Episcopi Idruntensis, Oratoris Regis et Reginae Castelli et Aragonum, pronuntiata in Senatu Venetiarum d. X. a. 1481. *impr. Georgius Theutonicus, ex ordinatione magnifici domini, Ioh. de Lignamine, militis Messanensis.* 4 - - 1481

Der Sachsen Spiegel mit Ordnung des Rechten: getruckt und vollendet von Anthoni Sorgen. *fol.* Augspurg 1481

Henr. INSTITORIS, Ord. Praedicatorum, epistola contra quendam Conciliistam. data Slechstad, d. 10. Aug. - - 1482

Sermo in die omnium Sanctorum in Capella Domini nostri Sixti Papae IV. habitus, per D. *Bernardin.* CARVAIAL, anno - - 1482

Argumentum Declamationum novarum, quae apud Sixtum IV. Pontif. a *Blanco* CERVTO, *Veronensi*, et *Hermol.* CVRTINO actae sunt, a. 1480. 4 - - 1482

S. CYPRIANI Epistolae: *Lucas Venetus, Dominici fil. solita diligentia impressit.*[i] *fol.* Venet. 1483

Tractatulus de LXXII. Interpretibus et de eorundem maxima sapientia, ac nominibus: *impressus in Academia Erffordensi.* 4 - - 1483

Tractatus de horis canonicis dicendis, per *Ioh.* MOESCH, Art. et S. Theol. Prof. atque eo tempore in ecclesia maiori Basiliensi Praedicatorem: *per Ioh. de Besickein.*[k] *fol.* Basil. 1483

Angeli DE ARETIO Maleficiorum Tractatus, cum additionibus *Augustini de*

FRAN-

menti, che nell' arte dell' humanitade si puossen usare, anno con li suoi denari producti in luce, con molti libri incogniti.

i) *Prid. Non. Decembr. Correctore C. d. P.*

k) *Circa medium quadragesimae.*

FRANCESCHIS *de Arimino: arte et impensis Ioh. Herbort, de Siligenstat. fol.*	Venet.	1483
Ioh. Antonii, Episcopi Alexandrini, oratio in exequiis Cardinalis Tornacensis. 4	- -	1483
Alexandri CORTESII Oratio, quam habuit in aede D. Petri in Epiphania. 4	- -	1483
Oratio de divina providentia, habita a *Petro* TERRASSE, sacri ordinis Carmelitarum. 4	- -	1483
Formulare und thutsch Rhetorica: durch Henrich Knoblochtzer. fol.	Straßb.	1483
Tractatus S. BONAVENTVRAE. *fol.*	- -	1484
Oratio in die Circumcisionis Dominicae in cappella D. N. Sixti IV. habita per Bernardin. Caruaial. 4.	- -	1484
Oratio in funere *Philiberti* VGANECTI, *Matisconensis*, Galli, Presbyteri ord. tit. S. Pammachii, habita ab *Ant.* LOLLIO, *Geminiacensi.* 4	- -	1484
Abraham Iudaeus de nativitatibus, et magistralis compositio Astrolabii *Henr.* BATE: *per Erh.* RATD. *de Augusta.* 4	Venetiis.	1485
Historia de translatione beatissimorum trium Regum: *per Ioh.* GVLDENSCHAFF *de Magoncia* [l] 4	- -	1486
Opus benedictissimae conceptionis Virg. Mariae, per Fr. *Ludovicum* a TVRRI, de Verona, Ord. Min. contra libellum invectivarum religiosi innominati: *per Bonin. de Boninis, de Ragusia.* 4	Brixiae	1486
Epistolae GASPARINI: *per Ioh.* PRÜSS. [m] 4.	Argentor.	1486
Praecepta Latinitatis ex diversis oratorum		

 atque

l) Accedit super Matthaei Evangelium V. D. ALBERTI M. notula de festo die Epiphaniae domini, et Sermo Beatissimi AVGVSTINI de epiphania Domini.

m) In vigilia nativitatis Domini.

atque poëtarum codicibus tracta, in unum iuxta Donati ordinem collecta: per M. *Mich.* LINDELBACH:[n] *expensis M. Ioh.* OTTMAR. 4 | in Reutlingen 1486

Tractatus de arte loquendi et tacendi ab ALBERTANO, causidico Brixiensi, ad instructionem suorum filiorum compositus.[o] 4 | Coloniae 1486

Schwäbische Chronic: durch Conrad Dinckmut. *fol.* | Ulm 1486

Sermones compositi super particulis antiphonae, Salve Regina: *impress. per me Theoderic.* MARTINI. 4 in oppido | Alostensi 1487

Speculum Sermonum B. Mariae virginis super salutatione angelica: *impr. Gerh.* LEEV. 4 | Antverp. 1487.

Auctoritates Aristotelis, Senecae, Boëtii, Platonis, Apuleii Africani, Porphyrii et Gilb. Porritani: *per Ioh. Guldenschaff, civem Coloniens. fol.* | - - 1487

Prima et Secunda pars Lecturae Bartoli de Saxoferrato super infortiato, peroptime emendata: *impressioni data fuit per Andr. de* TORESANIS *de Asula. fol.* | Venetiis 1487

Secunda Pars Bartoli super ff. novis: *per eundem.*[p] *fol.* | Venetiis 1487

Tractatus Sacerdotalis de Sacramentis deque divinis officiis, et eorum administrationibus. 4 | Argentor. 1488

Rob. GAGVINI, de intemeratae virginis conceptu, adversus Vincentium quendam decertatio. 4 | Paris 1488

Pro-

n) Conregentem pro tunc in almo universitatis studio Tubingensi.

o) Recus. ibid. a. 1489.

p) 1. *die m. Octobr.*

Opus Almanach M. *Ioh. de monte Regio* ad annos XVIII. *per Erhard. Ratdolt.* q) 4	Aug. Vind.	1488
Prognostica Latina (LICHTENBERGERI). *fol.*	- -	1488
Erotemata *Const.* LASCARIS a *Ioh. Placentino* Latine conversa: *per Leon. de Basilea.* r) 4	Vicent.	1489
Guilh. de GOVDA, ord. minor. de observantia, Tractatus de Expositione Missae 4	Davent.	1490
Concordantiae minores Bibliae. 4	- -	1499
Vita D. Antonii ad Sanctissimum Eugenium Papam IV. per *Maph.* VEGIVM, *Laudensem: in platea Episcopi.*	Daventr.	1490
Prima Pars Secundae Partis Summae Theologiae eximii Doctoris S. *Thomae de Aquino: impr. Theod. de Rogazonibus de Asula. fol.*	Venetiis	1490
Tabulae Directionum profectionumque famosissimi viri M. *Ioh. Germani de Regiomonte*, in nativitatibus multum utiles: *per Era. Ratdolt.* s) 4	Aug. Vind.	1490
TVLLIVS de Senectute ad T. Pomponium Atticum, item de Amicitia. t) 4	Coloniae	1490
Flores Poëtarum de Virtutibus et Vitiis: *per I. K. (Ioh.* KOELHOFF.) 4	- -	1490
S. Bonaventura in Libros IV. Sententiarum: *per Ant.* KOBVRGER. fol.	Noriber.	1491
Secundus Liber secundae partis Summae Theologiae S. Thomae: *impr. Theod. de Rogazonibus de Asula. fol.*	Venetiis	1491
Aesopus moralizatus, cum bono commento 4	- -	1491
Modus Latinitatis, s. Grammaticae novae		

 Syno-

q) *III. Id. Septemb.*
r) Cum Praefat. *Boni* ACCVRSII,
s) *4. non. Ianuarii.*
t) *d. 8. Maii.*

Synonyma Latina vulgari lectioni accommodata cum variis verborum et sententiarum flosculis ac differentiis notatu dignis, per *Vdalr.* EBRARDI. 4	Venetiis	1491
Historie von Erbauung Rom, Römischen Kaysern, Bekehrung Constantini, dessen Beschenckung des Pabsts und der Römischen Kirchen. 8	Nürnberg	1491
Diurnale horarum secundum ordinem veri breviarii Ecclesiae Numburgensis: *exc. Georg.* STVCHS. [u] 8	Noriber.	1492
Quatuor Novissima, cum multis exemplis pulcherrimis, quae sunt occasio salutis: *per Henr.* QVENTELL. 4	Colon.	1492
Chirurgia *Pet. de la* CERLATA, de Bononia. [w] fol.	Venet.	1492
Miscella *Anton. Mariae*, Visdomini: *impressa accuratissime per Platonem de Benedictis.* 4	Bonon.	1492
Barthol: VERARDI Historia Baetica, acta ludis Romanis, Innocentio VIII. in solio Petri sedente XII. Kal. Maii, [x]	- -	1492
Marcellini VERARDI, *Caesenatis*, Fernandus Servatus. 4	- -	1492
Roseum memoriale divinorum eloquiorum Novi ac Veteris testamenti: *impressum per Frid. Kreusner.* 4 in famosa civti.	Nurnb.	1493

Liber Meditationum ac orationum devotarum, qui Antidotarius animae dicitur: collegit Fr. *Nicol. de Saliceto*, Abbas Pomoerii Cisterciensis, *et imprimendum tra-*

didit

u) In Museo Illustr. MASCOVII.

w) *d. 28. Apr.*

x) Ob domitam a Ferdinando Rege Baeticam et Granatam. De *Barthol.* VERARDO habet quaedam Trithemii Continuator MS, supra excitatus.

didit industrioso viro Casp. HOCHFEDER. 8	Norib.	1493
Ioannis Iacobi CORNALI, *Placentini*, Odedicolos de norma bene beateque vivendi, ad nob. adolescentem *Gabr.* CATELLANVM: *Quae quidem ode edita fuit et impressa per M. Franc. Phil. de* MANTEGATIIS. 4	Mediolani	1493
Matth. de LVCHA de diebus criticis Dialogus: *impress.*	Romae	1493
Sophismata M. *Pauli Veneti*, correcta per *Secundum Venetum* CONTARENVM, *et Bern. de* MODOETIA: *impensis Octavi Scoti per Bonatum* LOCATELLVM. *fol.*	Venet.	1493
Pauli Veneti Quadratura s. Dubia. [y] *fol.*	Venet.	1493
Aegidii Romani Tractatus de materia coeli, et de Intellectu Possibili contra Averroem: *per Hieron. de* DVRANTIS. [z] *fol.*	Paduae	1493
Augustini MORAVI, *Olomucensis*, Dialogus in Defensionem Poëtices: *Impressione completus in ora D. Pantaleonis* 4	Venet.	1493
Ropertus HOLKOT Ord. Frat. Praedicatorum super sapientiam Salomonis, quam Philo disertus collegit. *fol.*	Hagen	1494
Epigrammata S. PROSPERI, Episcopi Regiensis, de vitiis et virtutibus, ex dictis Augustini: *impressa per Pet. Friedbergensem.* 4	Mogunt.	1494
Regimen Sanitatis metrice conscriptum, cum multis aphorismis, et tractatu quodam de regimine, contra morbum epidemiae s. Pestilentiae 4	Colon.	1494

Expo-

y) Hanc editionem aliam valde mendosam praecessisse, typographus monet.

z) Emendante *Aegidio*, Eremita Viterbiensi.

Expositio M. *Petri* TARTARETI super summulis *Petri Hispani: in clarissima universitate Parisiensi per mag. And.* BOCARD. 4	Parisiis	1494
Gesta Romanorum cum applicationibus moralisatis ac mysticis.[a] 4	- -	1494
Biblia aurea Veteris ac Novi Testamenti AMPIGOLLI: *per me Ioh.* GRVNINGER.[b] 4	Argent.	1495
GREGORII Papae in septem Psalmos poenitentiales explicatio admodum utilis: *Impr. per Iac.* MEDENBACH.[c] 4	Magunt.	1495
Exhortationes Novissimorum. Colloquium Christi cum puero. Dialogus Iesu et Senis. *Impress. in platea Episcopali.* 4	Daventr.	1495
LAVDIVII, Equitis Hierosolymitani, ad *Franc.* Beltrandum, Barchinonensem, de vita S. Hieronymi 4	Romae	1495
Aureus et perspicuus Tractatus *Paridis de Puteo* de Syndicatu, et alia. *fol.*	Papiae	1495
Expositio D. *Thomae* in libros posteriorum et perihermenias Aristotelis cum fallaciis eiusdem: *per Bonetum* LOCATELLVM, *sumtibus Octaviani Scoti. fol.*	Venetiis	1495
Aegidii Romani Expositio super libros posteriorum Aristotelis, cum Textu eiusdem: *per eosdem.*[d] *fol.*	Venetiis	1495
Historia septem sapientum Romae: *per me Christoph* SNELLAERT *impressus.* 4	Delft.	1495
Ars Epistolandi. *Franc.* NIGRI, *Veneti*, opusculum de arte scribendi Epistolas		

quam

a) *Petri* BERTHORII, *Pictaviensis.*

b) *8. Id. Aug.*

c) *die penult. Marc.*

quam diligentissime emendatum: *charactere et impensis Iac. de* BREYDA. 4 Daventr. 1495

Tractatus de modo studendi. Invectiva *Aeneae* SYLVII in scholarem vagum, laudem litterarum complectens. Epistola B. Thomae de salubri modo studendi. 4 Colon. 1495

De purissima et immaculata conceptione virginis Mariae et de festivitate S. Annae matris eius, Autore *Ioh.* TRITHEMIO.[e] 4 Argent. 1496

Lombardica Historia, quae a plerisque aurea Legenda S. S. appellatur.[f] *fol.* Nurnb 1496

Aegidii Romani Expositio supra libros Elenchorum Aristotelis. Quaestio defensiva opinionis de medio demonstrationis, eiusdem. Collegit *Augustimus de* MESCHIATIS *de Bugella: mandato et expensis Octav. Scoti. civis Modoetiensis, impr. Bonetus Locatellus. fol.* Venet 1496

MANCINELLVS, *Veliternus*, de componendis versibus cum additionibus *Franc.* MATVRANTII et *Sulpit.* VERVLANI. 4 - - 1496

Theophili Brixiani de vita solitaria et civili Dialogus: *Bern.* MISINTA, *Papiensis, chalcographorum castigatissimus, Hier. Donato Praetore.* 4 Brixiae 1496

Bartholomaei Coloniensis Epistola Mythologica, cum quorundam difficilium vocabulorum in ea positorum luculenta interpretatione. 4 Davent. 1496

Zachar.

d) *4. Septembr.*

e) Typographi vitio 1406. pro 96.

f) Adiectum est *Conr.* CELTIS Carmen ad D. Sebaldum, pro felicitate urbis Noricae.

Zachar. LILIVS, *Vicentinus*, de Situ Orbis: *quem exactissima impressit diligentia Ayolphus* CANTERVS, *Mediolanensis.* [g] 4	Neap.	1496
Tractatus Rever. Patris, Episcopi Megarensis de Confessione: *per Iac. de Breda.* 4	Davent.	1497
Carmina de B. Virgine Maria, quae et Parthenice dicitur, Bapt. Mantuani: *per me Rich. Paffroet.* 4	Davent.	1497
ALMANSORIS liber nonus cum expositione *Syllani de Nigris de Papia*, ut et Receptae *Pet. de Tusignano super eodem: Otinus Papiens. de* LVNA. [h] *fol.*	Venet.	1497
Abhumeron Abynzoar Colliget AVERROIS, corr. *per Hier.* SVRIANVM: *per eundem fol.*	Venet.	1497
Tractatus de Epidemia et Peste Dom. VALASTI *de Taranta: per Henr.* GRAN. [i] 4	Hageno.	1497
Carmen LACTANTII *Firmiani* de die Resurrectionis dominicae: *opera Heiderici et Marci* AYRERS. [k] 4	Erphor.	1498
Consilium Montis Pietatis a fratre *Fortunato Perusino* editum. Apologia fratris Ludovici *de la* TORRE contra eiusdem invectivam. Confutatio Quaestiunculae contra montem pietatis, *Philippi de* ROTINGO. *per Petr.* QVARENGIS, *Bergomensem.* [l] 4	Venetiis	1498
Epistola *Iohannis Samuelis*, Israelitae, missa ad R. Ysai Magistrum Synagogae in Subiulmeta, civitate Regis Morochorum,		

Qua

g) *V. idus Novembr.*
h) *12. Cal. Augusti.*
i) *In vigilia nativitatis Christi.*
k) Hoc carmen non Lactantii, sed Fortunati esse, singulari epistola primus docuit *Io.* AVENTINVS.

qua Iudaeus ille Catecuminus aridam Iudaeorum de Messia spem stimulans, ipsos nec non eorum posteros sua spe super testimonio legis et evangelii esse frustratos, demonstrat. Annexa est etiam in fine Pontii Pilati de indubitata Iesu resurrectione Epistola ad Tiberium Imperatorem: *impress. arte literaria persamati Casp.* HOCHFEDER, *Nurnbergens.* 4	Norib.	1498
Collatio habita in publico Conventu Cluniacensium Ord. S. Benedicti per M. *Ioh.* RAVLIN, *Parisiensem*, de perfecta religionis plantatione, incrementis et instauratione: *opera Ioh.* BERGMANN *de Olpe.* 4	Basil.	1498
Statuta et decreta Communis Genuae: *per Caligulam* BAZELERIVM. m) fol.	Bonon.	1498
Marsil. FICINI de triplici Vita Libri III. *Impressi*	Venetiis	1498
Tractatus Mag. ALBERTI M. de veris et perfectis virtutibus, alias Paradisus animae nuncupatus: *per Mart.* FLACH. 4	Argentor.	1498
Polydori VIRGILII, *Vrbinatis*, de Rerum Inventoribus Libri III. *per Mag. Christoph de* PENSIS. 4	Venetiis	1498
Sermones XXXII. aurei venerab. D. Alberti M. Episcopi Ratisponensis de S. S. Eucharistiae Sacramento: *per Henr.* QVENTELL. 4	Coloniae	1498
Fratr. *Iac. de* LENDA, Ord. Minorum, Sermones Quadragesimales: *per M. Felic.* BALLIGAVLT. n) 4	Paris	1499

l) d. ult. Iul.
m) Prid. Kal. Quintilis.
n) d. 5. Febr.

Dion Chrysostomus, Prusensis, philosophus ad Ilienses, Ilii captivitatem non fuisse, aperte demonstrat. *Franc.* FILELFVS e Graeco traduxit. *Petronius Arbiter* Satyricus: *per Bern. Venetum de* VITALIBVS. [o] 4 | Venet. | 1499

Rosella Casuum edita per *Franc. Baptistam* TROVAMALAM: *per Paganinum de Paganinis.* [p] 8 | Venetiis | 1499

Excellentissimi Philosophorum Monarchae, *Pauli Veneti*, Logica magna, correcta per M. *Franc.* MACERATAM et *Fr. Iac. de* FOSSANO: *Expensis Octav. Scoti impr. Albertus Vercellensis.* [q] *fol.* | Venet. | 1499

Expositio D. Aegidii Romani super libros Priorum Analyticorum Aristotelis cum textu eiusdem, edente Ioh. Ant. Scotio, Parthenopoeo. *impensis Ant.* TORESANI *de Asula per Sim. de* LVERE. [r] fol. | Venet. | 1499

Invectiva contra Astrologos, Serenissimo Romanorum Regi Maximiliano piissimo contra foederatos, quos vulgo Suitenses nuncupamus, interitum praedicentes, Fr. *Tho.* MVRNER, liber. art. studii Paris. Magistri. 4 | Argent. | 1499

o) 23. M. Iul. *q) 24. Octobr.*
p) d. 11. Decemb. *r) d. 27. Septembr.*



LIBRI

LIBRI ANNI INDICIO DESTITVTI.

Lactantii Firmiani Carmen de resurrectione Dominica: *Impr. per Con. B.* s) 4 Francphordia

IERONYMVS DE viris illustribus. Ieronymus de essentia divinitatis. Tho. de Aquino de articulis fidei et ecclesiae sacramentis. Augustinus de quantitate animae. De soliloquio. Speculum peccatoris. Quatuor libri de imitatione Christi. Errores Iudaeorum ex Talmut. Veritates pro probatione articulorum Christi. Processus Iudiciarius ipsius Moscaron pro curis Tartarorum contra genus humanum. Donatus arte grammaticus homini in sui ipsius allegoriam confectus. liber de arte moriendi: *Guntherus* ZAINER *ex Reutlingen litteris impressit ahenis. fol.* Aug. Vindel.

Dialogus inter Clericum et Militem super dignitate papali et regia. De nativitate et moribus Antichristi: *per Hier.* QVENTEL. 4 Coloniae.

Quatuor novissima, cum multis exemplis pulcherrimis et de terroribus mortis, et de aeternae beatitudinis gaudiis: *per Iac. de Breda.* 4 Daventr.

Cordiale quatuor novissimorum: *Impressum per me Conradum de* HOMBORCH, *et admissum ac approbatum ab alma universitate Coloniensi.* 4 Coloniae.

FELICIANVS, Ord. Praedicator. de divina praedicatione: *per Alb.* KANNE. 4 Memmingae.

Fr. Iacobi de LENDA Sermones adventus: *per Felicem Balligault.* 4 Parisiis.

s) *Conradus* BAVMGARTEN, qui Vratislaviae, postea et Lipsiae per tempus prelum exercuit. Hic forte idem est cum *Conrado* illo *Gallico,* qui Florum Lipsiae impressit. Vid. *Io. Lud.* BVNEMANN in Notit. Script. de Art. Typ.

Quodlibetica Decisio de septem doloribus Christiferae Virginis Mariae, ac communi et saluberrima Fraternitate, desuper instituta: *Impr. per Theoder. Martini.* [t] 4 — Antwerpiae.

Singularia in causis criminalibus excellent. utriusque Iuris Monarchae, *Ludevici de Roma*, posita secundum ordinem titulorum V. libri Decretal. per *Laur. de* PALLACZOLIIS I. V. Pad. Doct. famos. *per Barthol.* GHOTAN. [u] *fol.* — Lubecae.

Interrogatorium sive Confessionale per *Barthol. de* CHAIMIS, *de Mediolano*, Ord. Minor. *Impress. per Christoph* VALDARFFER [x] *fol.* — Mediolani.

Decisio Consiliaris supra dubio producta de Indulgentiis, edita per Fr. *Antonium*, *de* Ord. Praedic. Archiep. Florentinum: *per Fried.* CREVSSNER. *fol.* — Nurnbergae.

Liber quadripartitus Ptolemaei cum commento Hali Haben Radan: *per Bonet.* LOCATELLVM. *fol.* — Venetiis.

Liber de doctrina loquendi et tacendi ab Albertano, Causidico Brixiensi: *apud* LYSKIRCHEN. 4 — Coloniae.

Historia septem sapientum Romae: *impr. per Ioh.* KOELHOFF, *de Lubeck, civem.* — Coloniae.

Presb. *Hieronymi Estensis* libellus in Praeconium urbis Agrippinae, et de Bello ejus conditoris adversus Persas: *apud* LYSKIRCHEN. 4 — Coloniae.

Chroni-

t) Autor est Fr. *Michael de Insulis*, Sacrar. Paginar. professor Coloniensis, Ord. Praedicatorum, Philippo Duci Austriae ac Burgundiae, cui originem haec fraternitas debet, a confessionibus.

u) In fine occurrit Aen. Sylvii, Poëtae Senensis, pro laude Ludovici de Roma, Epitaphium.

x) Praecessit haec editio Noribergensem, quam ad an. 1477. retuli.

y) Ut patet ex versibus in libri fine adscriptis:

Unde liber venia praesens si forte requiras,
Quidve novi referat, perlege, quod sequitur.

Ber-

Chronica von dem hochwirdigen und löblichen Heiltum auf dem heyligen Berg Andechs genannt in ober Bayren: Hans Schensperger. 4 — Augspurg.

Repertorium Vocabulorum requisitorum oratoriae, poëseos et historiarum, cum fideli narratione earum rerum, quae ambiguitatem ex huiusmodi vocabulis accipiunt. Editum a doctissimo literarum amatore M. *Conrado*, Turicensis ecclesiae cantore, et completum an. 1273: *Impr. Bertoldus.* [y] *fol.* — Basileae.

Ioh. GERSON de trahendis ad Christum parvulis: *impressoriae artis industria effigiatum. fol.* — Nurnbergae.

Tres Tractatuli: primus est S. Thomae Aquinatis de esse et essentia: Secundus est Mag. *Nic. de* LYRA de idoneo ministrante et suscipiente idem Sacramentum: tertius est alicuius collectoris de expositione dominicae orationis. 4 — in Colonia.

Liber de republica magna doctrina et eruditione refertus, editus et compilatus per *Iac.* LVPI in artibus Magistrum: *Impr. Anthoine de* NIDEL. 4 — Parisiis.

Bartoli Lucensis ad Innocentium Pont. VIII. Oratio. [z] 4

y) *Bertoldus nitide hunc impresserat in Basilea,*
Utque adeat doctos, protinus ille iubet.
et quae sequuntur. Ex *Conr. de* MVRE, Canonici Turicensis, Fabulario *Melch.* GOLDASTVS quaedam profert, in Prolegom. ad Petronium, p. 258.

z) *Argirios opus hoc Eucharius arte magistra.*
Impressit, summa perlege, lector, ope.
Eucharius SILBER, typographus Romanus, quem perperam *Eucario di Argentina* vocat Autor Supplementorum et Observationum ad Vossium de Historicis Latinis. (Giorn. de Letterati, T. XXVIII. p. 186.)

LIBRI, ANNI, LOCI, ET TYPOGRAPHI
INDICIO DESTITVTI.

Ambrosii Episcopi Exameron. i. e. de sex dierum operibus in principio mundi. *fol.*

M. Basilii liber ad Iuvenes quantum ex gentilium literis ac libris proficiant. [a] 4

Elegantissimae aliquot Epistolae D. Hieronymi, gloriosis adolescentibus ad sciendum periucundae. 4

Augustinus de Contemtu Mundi et Hieronymi Epistola ad Paulinum. 4

Augustinus de vanitate seculi et vita Christiana 4

Bernhardus de Planctu Mariae. 4

Bernhardus de Consideratione ad Eugenium papam. *fol.*

Liber Sermonum S. LEONIS primi, Papae, Doctoris fluidissimi ac eloquentissimi. [b] *fol.*

S. Isidori Archiepiscopi Soliloquia. *fol.*

Christianus ad solitarium quendam de imagine mundi. [c] *fol.*

Das Buch der Christenlichen Lere, die Hystori Josaphat und Barlaami genant. [d] *fol.*

Veteris VIGELLI Speculum stultorum ad Guilielmum amicum suum. [e] *fol.*

Liber, qui dicitur bonum universale de proprietatibus apum. (*Thomae Cantipratensis*) *fol.*

Vita Christi edita a S. Bonaventura. 4

Tracta-

a) Praefixa est *Leonhardi* ARETINI Epistola ad Colucium Salutatum, eruditionis instauratorem, qui Cancellarii reipubl. Florentinae munere per triginta annos functus, obiit an. 1406. v. *Paul.* CORTESII Dialog. de Hominib. Doctis p. 9. not. 1. Duos eius nominis, litterarum gloria illustres, sibi fingit *Iac.* LENFANT, dans la Biblioth. German. T. I. p. 118. s.

b) Adiecta est *Iohannis Andreae* Episcopi Aleriensis, in laudem D. Leonis Epistola.

c) Est HONORII *Augustodunensis*, quem Honorii Solitarii nomine citat *Iohannes*, Diaconus Veronensis. V. Relaz

Tractatus de universalibus et alia S. Thomae de Aquino. *fol.*

Liber *Iohann.* GERSONIS, Cancellarii Parisiensis, de imitatione Christi, et de contemtu omnium vanitatum mundi. 4

Aureola feliciter ex suavissimis floribus gloriosi confessoris atque doctoris, Hieronimi adsabre contexta. *fol.*

F. Adae de MONTALDO, *Ianuensis*, Augustiniani, carminibus heroicis edita Passio Domini nostri, Iesu Christi. 4

Solemnis ac devota expositio in librum Salomonis, qui dicitur Cantica Canticorum, per HONORIUM, Doctorem eximium, egregie collecta seu exposita, una cum Sigillo B. Virg. Mariae. 4

Tractatus *Ioh.* PITHSAMI, Archiepiscopi Cantuariensis, de Oculo Morali. *fol.*

Opus perutile et validum Praedicatoribus de quacunque materia dicturis M. HELVVICI, Teutonici, Prof. S. Theol. quod intitulatur ab auctore: liber de exemplis et similitudinibus rerum. *fol.*

Opus trivium perutilium materiarum praedicabilium, ordine alphabetico e divina, canonica, civilique L. L. eleganter contextum, per *Bern. de* BRONNE, Ord. Praed. *fol.*

Copia Bullae s. Sententiae definitivae S. generalis Concilii Basileensis de sanctissima conceptione Virg. Mariae: acc. Anselmi Cantuariensis Archiepisc. epistola de sancta conceptione Virg Mariae celebranda. 4

Privilegia Ordini Praedicatorum per varios Pontifices concessa. 4

Copia Indulgentiarum de institutione festorum compassionis B. Virg. Mariae, per R. D. *Albertum*, Episcopum Lubicensem, concessae. 4

Liber de Remediis utriusque fortunae prosperae et adversae, copulatus per quendam *Adrianum*, Cartusiensem, et sacrae theologiae Professorem. 4

Directo-

Relaz. d' un MS. di Giov. Diacono ad *Girol.* TARTAROTTO p. 151. Solenne enim est mediae aetatis Scriptoribus, ab operum suorum titulis nomen trahere, ut *Matthaeo Florilego*, *Petro Comestori*, atque aliis. De Honorio vero Augustodunensi, multa, aliis indicta, nuper attulit Mr. LEBOEUF, dans la Dissertation, ou il fait voir, que l' Ecrivain, connu sous le nom de Honorius d' Autun a écrit et fleuri en Allemagne et non en France.

d) V. ALLATII Diss. de *Ioh. Damasceno*, §. XLIV.

e) Recusum est Helmestadii. 1662. 8.

T

Directorium humanae vitae, alias Parabolae antiquorum sapientum. *fol.*

Liber de vita et morte Aristotelis metrice conscriptus cum glossa interlineari. 4

Tractatus de variis antiquorum Philosophorum Quaestionibus naturalibus, cum earundem solutionibus philosophice ac naturaliter declaratis. 4

Iac. de Cassalis, de Thessalonica, Solatium Schacorum, scil. regiminis ac morum hominum, et officium virorum nobilium. *fol.*

Ioannis, Presbyteri maximi Indorum et Aethiopum, Christianorum Imperatoris et Patriarchae, Epistola ad Emanuelem Romae gubernatorem, de ritu et moribus Indorum. 4

Landivii, Equitis Hierosolymitani, de laudibus Sapientiae ac Virtutis exhortatio ad D. Malitiam Caraffam. 4

Epistolae M. Turci a Landivio versae: acc. *Ant. Panormitae* Hermaphroditus. [f] 4

Aen. SYLVII Historia Bohemica a principio gentis usque ad Georgium Poggiebravum. 4

Historia Friderici Imperatoris magni, huius nominis primi, Ducis Svevorum, et parentelae suae. [g] *fol.*

Epitome de Regno Apuliae et Siciliae, reducens summatim, quaecunque de eo tangunt Historici incidenter et sparsim. [h] 4

Pand.

f) Duo exstant Anton. Panormitae in Hermaphroditum carmina; alterum, quod sotadicas veterum nequitias longissime superare, *Albertus Sarthianensis*, Epist. III. p. 775. testatur, in MAGLIABECHII Bibliotheca MS. latuit, (v. Giunte et Osserv. agli storici Italici da Vossio registrati, p. 78. et BROVCKHVSIVS ad Tibull. Lib. I. El. II. v. 25.) Alterum, Ang. Politiano in Miscellaneis observante, ex Anthologia Graecorum Epigrammatum, Latine conversum est. Idemque, ni fallor, eleganti imitatione expressit *Marullus* TARCHANIOTA, in Epigramm. de Laurentio Mediceo.

g) Romano ac pulcherrimo charactere, circa an. 1480. haec FRIDERICI *Barbarossae* historia excusa est. Autorem agnoscit *Conrad. a* LICHTENAV, Abbatem Vrsbergensem, ita tamen, ut multa subinde omittat, quae in editione *Conr.* PEVTINGERI, omnium, ut hactenus creditum est, prima, et reliquis, ipsam secutis, reperiuntur. Initium est. *Fuit in partibus Sveviae parentela nobilium, primo quidem militarium simplicium qui dicebantur de Stauffen, qui tamen suis probis*

Pand. COLLENVTII, Icti et Equitis, Illustrissimi Ferrariensium Ducis legati, oratio ad Maximilianum Caesarem, Romanorum Regem. 4

Oratio *Hermolai* BARBARI, laureati poëtae, ad Fridericum et Maximilianum Principem, cum Gratulatione *Ludovici* BRVNI laur. poëtae, de Regis Romanorum coronatione. 4

Epistola POGGII de morte Hieronymi, ad *Leon.* ARETINVM: item Aretinus de Sigismunda et Guiscardo. [i] 4

Francisci, Episcopi Cauriensis, Oratio in funere Leonhardi de Robore, Almae Vrbis Praefecti. 4

Bernardi, IVSTINIANI Leonardi Oratoris fil. Legati Veneti, oratio habita apud Sixtum IV. Pontif. Maximum. 4

Oratio *Iac.* ARAGAZONII, Veneti, Philosophorum ac Medicorum Patavini Gymnasii Oratoris ad Nic. Tronum, Venetae reipubl. Principem. 4

Laurent. VALLAE Elegantiae, ad breve et utile quoddam redactae compendium, per *Bonum* ACCVRSIVM, *Pisanum.* 4

probis ac virtuosis actibus ad hoc devenerunt, ut inter barones s. liberos, deputarentur.

h) Hoc *Felini* SANDEI, *Ferrariensis*, Auditoris Rotae, opus edidit *Mich. Faërnus*, post Campani opera, an. 1495.

i) Guiscardi et Sigismundae amores ab Aretino et Phil. Beroaldo Latine ex Boccatio conversi, olim in deliciis erant. Hinc saepe descripti, saepe in Italia et Germania excusi sunt. *Iacobus* LOCHERVS, *Philomusus*, P. L. Carmine in Sebast. Brant:

Quod potuit Dantes Etrusca dicere lingva,
Cum fingit manes, tartareosque Deos.
Cum causas rerum, coeli scrutatur et artes.
Grandisonis rhythmis, magnaque facta canit.
Quod voluit patrio fari Boccatius ore,
Guiscardi tristem cum gemit interitum.
Et varios Tusco condens sermone fabellas,
Qvas Beroaldinum transtulit eloquium.



* * *

MENDA OPERARUM.

Pag. 7. lin. 6. *Iohanne*, lege *Iohannes*.
Pag. 9. lin. 16. *contendant*, lege *contendunt*.
Pag 14. lin. 9. MCIV. lege MDIV.
21. *possim*, lege *passim*.
Pag. 18. lin. 4. virgulam transpone.
Pag. 37. lin. 24. *occuperant*, lege *occuparant*.
Pag. 48. lin. 10. *accessitus*, lege *accersitus*.
Pag. 65. lin. 38. THEODVLIVM lege THEODVLVM.
ibidem adde: Mihi tamen ille commentarius recentior, eiusque Autor *Stephanus Anglicus*, Carmelita, videtur, qui in Aesopi quoque Fabulas scripsit, et Londini claruit an. 1417. v. *Petr.* LVCII Biblioth. Carmelitar. p. 77.
Pag 114. lin. 21. *Coelo*, lege *caelo*.
Pag. 134. lin. 5. dele, *Venetiis*.

* * *

